



KIRANUS
RANIDE
1638











3565
A





Moderante Auxilio Redemptoris Supremi,

[K]IRANI KIRANIDES,

Et ad eas

[R]HYAKINI KORONIDES.

Qvorum ille

[I]n Qvaternario tàm Librorum, qvàm Elementari, è totidem Lingvis,

[Pri]mò de GEMMIS XXIV. HERBIS XXIV. AVI[BU]S XXIV. ac PISCIBUS XXIV. qvadrifariàm semper, & ferè mixtim ad Tetrapharmacum constituendum agit;

[Dei]n Libro II. de Animalibus XL. Lib. III. de Avibus XLIV. [si]gillatim, & Lib. IV. de LXXIV. Piscibus iterùm, Eorumq; viribus medicamentosis:

Hic verò studio pariter qvadrifido

[1.] post semi-millenarium annorum ex immen[s]issimo primùm edidit, 2. Notis interspersis, subjunctisq; illustravit, 3. Præfatione Isagogicâ ornavit, & 4. deniq; Indicibus auxit.





Um . Pestilentiæ horrenda plaga per conclamatam fere & antea satis exhaustam Germaniam passim grassaretur, atq; tot tantisq; belli calamitatibus enecta jam tum miserorum mortalium corpora, imò parum adhuc spirantia cadavera magnis agminibus undiqvaq; sterneret, & verè omnem omnino medicinam sperneret: Ipse qvoq; cum aliis ex Academo Julearum aliqvantisper secedere, aëraq; liberiorem & puriorem in patriis Salinis captare volui. Sic namq; cum meo NASONE de VII. Transformationum (qvô locô descriptio pestilentiæ accuratissima cum suis Physicis pariter & hyperphysicis traditur caussis,) publice proclamabam:

Dum visum est mortale malum, tantæq; latebat (medendi
Caussa nocens cladis, pugnatum est arte
Exitiũ superabat opem, qvæ victa jacebat.
Nunc moderator abest, inq; ipsos sæva Medentes
Erumpit clades, absuntq; Autoribus Artes.

Nullum igitur post DEUM Averruncum, nisi in fugá præcipiti relictum nobis credebatur remedium, juxta Italorum veriberbium: Che non si fece mai nulla benè in frettà, salvo che il fuggire la peste. Atq; hæc ipsa tamen contemplatio, (qvod nec Medicis Libitina parceret, sed tot celeberrimi Practici unà cum SENNERTO eâdem æstate

nte, & unò penè mense, qvasi illius Manibus pa-
rtaturi, miserè peste concidissent, atqve istud
ΩCON IATPE CEAVTON!
lire coacti fuissent) tantum abfuit, ut me à
lio stadioq; Medico, cui post sacra & Philoso-
ca à primâ ætate faventior fui, propterea re-
hbere & alienare potuerit, ut me ad illud ali-
ndiu intermissum, ferventiùs in posterum ur-
ndum stimulârit eò magis, qvò minus Alumno-
m huic Facultati superesse cernerem: ut nisi
sq; propriæ rationem valetudinis habere &
dere sciat, plurimis abhinc de vitâ sit pericli-
ndum, eaq; nudis Empiricis, Aretalogis, imò
udo-chirurgis Tonsoribus & Balneatoribus,
rrisq; adeo qvibuslibet desperatissimè commit-
da sit. Qvod si namq;, ut est apud Ælia-
m lib. II. var. hist. c. XXIII. Archiphilo-
ho laudi ductum datumq; fuit, qvod ei aliqvan-
malè habenti cum nescio qvid à Medico præ-
iberetur, pharmacum assumere detrectârit,
pocillator iste qvidnam rei esset illud, qvod pro-
aret, priùs edocuisset: hoc addito apophtheg-
te, se Medicum, non Veterinarium
isse accersi, qvi neqvaqvam bovem, vel
lum, aut etiam bubulcum esset curatu-
, sed Philosophum .i. eum qvi rerum
iumq; Naturæ haud penitùs esset igna-
. Qvantò magis hoc rudi seculo literatis qvi-
q; providendum erit, ne Medicorum ebrioso-
n, Chymicastrorum temerariorum, & Phar-

)(2 macopæ-

macopœorum avarissimorum qvidvis pro qvovis cuivis obtrudentium stultæ libidini veluti pecora muta obtemperare, & ad nutum omnia facere cogantur.

Sæpè qvidem animo meó temporis illius recurrit facies tristissima, cùm aliqvando ab aulâ & castris Musarum ad caulam & rastros Nymphacum animum appulissem, aliqvantisper cum OREADE meâ p. m. villicaturus; hæc autem ex improviso & subitò infectione pestili correpta consilium & auxilium mariti flagitaret; peropus tum qvidem fuisset, uti Philosophus Medicum pariter, & JCtum, & Theologum non superficialiter profiteri potuisset. Medicum qvidem, ut venienti occurrere morbo, & Conjugem dilectissimam vel sine Balneatoris inepti ope servare valuisset: JCtum verò, qvi materiam testamentariam & Donationum in numerato habuisset, ut nec Scribæ Notariive alicujus oppidani dubio Oraculo fidere oportuisset: Theologum denique, ut in agone constitutam piis preculis, & sacris promissionibus firmare, & semetipsum qvoque vix sub mole respirantem consolari potuisset. Certè si qvod aliud momentum, contagii istud meticulosum inprimis hanc divinam πολυπραγμοσύνην (prout Philosophiam veteribus dictam fuisse autores sunt Wovverius in Polymathiâ, & Heinsius ad Theocritum) videtur postulare: nullam tamen æqvè, ac Medicinæ desiderat scientiam.

Qvam

Qvam ob caussam dum ab ordinariis injunctæ Spartæ curis & studiis feriandum qs. esset, Physico-Medicæ artis theoriæ extra ordinem aliqvot horas duxi tribuendas. Qvando verò nihil serii agere liceret, in hoc meo à Bibliothecâ exilio, & tam inauspicato tempore, hujus ipsius tædium Manuscripto KIRANIDUM libro, qvem solum mecum sumpsissem, fallere cogitabam. Et constabat enim qvantum aliqvot ab hinc retrò seculis, impolitioribus qvidem istis, sed rerum tamen Philosophicarum curiosissimis, ut & nostro qvoq; redivivis literis meliùs excultô ævô, datum delatumq; sit huic Authori, ut Scholasticorum ille Princeps Germanus, cui cognomentum Magni contigit, hinc pleraq; ferè illa in tractatum suum de Virtutibus Herbarum, Lapidum & Animalium veluti per coloniam qvondam in civitatem, ut sic loqvar, suam traduxisse videatur. Id qvod nec ipse dissimulavit in alligati libelli præfatione, tametsi ab imperito Librario, uti fermè omnia, corruptâ. (Magicalis, inqvit, cognitio) existit in speculatione rationum, & in speculatione naturalium, secundum qvod antiqvis Auctoribus examinavi & percepi, imò & egomet ALBERTUS, ut in pluribus veritatem in veni, & veritatem suppono (eo modô,) qvo ab aliqvo ex CHYRANDIS libro, & libro ALCHORAT. (sc. eruere licuit.) Ubi manifestissimè liqvet Ex CYRANIDIS LIBRO & ARPOCATIONIS

 prius

priùs fuiſſe exaratum, poſteaq́ ſic depravatum. *Qvorum imitatorem & Sectatorem* κατὰ πόδας *qvis non ſtatim ex collatione animadvertit* Albertum? *Cùm primò de Herbis,* non minus, ac Noſter, *XXIV. agat, qvas inter VII. ultimas, VII. Planetarum proprias, ſecundùm* ALEXANDRUM MAGNUM *Imperatorem* (cujus Libri etiam in veteri noſtri Kirani Præfatione fit mentio) *recenſet; hinc de Lapidibus, deniq́ de qvibusdam Animalibus* (*ad qvæ Volucres ſimul & Piſces aliqvos retulit*) *narrare conſtituit.* Prout in Trino Magico pag. 231. legere eſt, *ubi opuſculum illud* Alberti *maximè barbarum & noſtrô magis ineptiens* Cæſar Longinus Philos. *Vel potius ipſemet* Rodolphus Goclenius, Medicinæ & Artium Doctor Celeberrimus Francofurti M.DC.XVI. *publicare non eſt veritus. Ad qvod delicatulos Lectores, ut paulatim noſtro ſcriptori adſueſcant, & faſtidioſo ſtomacho ſuo veluti callum qvendam obducant, remiſſos volumus. Nos certe ſaporis ingrati cortice ad abjiciendam omnem medullam usq́ adeò commoveri non potuimus, ut potiùs eorum exemplô, qvi* Albertum, noſtri Kirani æmulum & fermè plagiarium *paßim citâſſent, ad hunc publicitùs producendum permoti ſimus. Qvò accedebant & aliorum Novorum qvidem, ſed non contemnendorum Scriptorũ* de noſtro illo Kirano *luculenta teſtimonia & honorifica judicia. Videram qvippe, qvantum* C. BARTHIUS, *omnium*

demor-

demortuarum qs. Bibliothecarum Bibliotheca unica viva & ambulans huic Authori lib. Adverſ. XI. c. 16. tribuiſſet; qvaſi hic ſolus ex Medicis, ut ille Hiſtoricus qvondam ex Græcis nugari deſiſſet, cùm reliqvi non tam Scriptores, qvàm Exſcriptores dici mererentur, in qvibus edendis non magnum operæ pretium, prout in hoc futurum eſſet. Vider à Viri Mx. Dni. P. J. MAUSSACI ad Harpocrationis Lexicon εἰς Δέκα de hoc qvoq; Kirane monitum haud inſuper habendum. Videram veterem ſive Interpretē, ſive Librarium appellâſſe hunc librum verè aureum gemmeumq; Videram qvoq; ORNITHOLOGUM ſæpè deſcriptiones ſuas in hoc unico Authore fundâſſe, atteſtante ULYXE ALDROVANDO lib. V. c. 16. Qvi & ipſe numerò, imò plus centies in operibus ſuis citat Kiranidem, (unde & ille toties in Notis à nobis allegatus, qvod is tunc pene ſolus ad manus eſſet;) qvamvis Lib. III. c. 1. f. 125. ipſum vocet Obſcurum, alibi Superſtitioſum, & in pluribus plus qvàm Poëtam fabuloſum; l. XV. f. 27. Et f. 15. l. XIII. Ornith. dicit eum veris fabulas ſæpè miſcere ſolitum, ubi profectò fatetur illum non penitùs veritate deſtitui. Videram qvoq; à BALDUINO RONSSEO, Medico Belgâ pereleganti & peracuto in opuſculis Medicis KIRANUM inter Authores afferi, imò ejusdem Venationes Medicas, metro ſuaviſſimo conſcriptas, non parùm ex l. II. Kirani fuiſſe locupletatas. Videram tiam qvo in numero, & videlicet ut κειμήλιον

)(4 magnum,

magnum, habuerit eundem Archiater aulæ Magdeburgicæ HENRICUS ELLENBERGERUS Hassus, *qvem Principibus Medicinæ accenset* modò citatus Barthius, *qvô loco penes hunc maximum virum latere* Kiranum *illum prodidit: Is autem manu suâ inibi consignaverat, qvod* hunc Codicem Mſ. ab Illustrissimâ Dominâ, Dn. ELEONORA Hassiæ Landgraviâ, ex Ducum Wirtembergensium prosapiâ oriunda Darmstadii Anno ∞ DC. IX. ceu munus singulare accepisset: *& ego ab ejusdem Nobilissimi Medici filio, Arte & Marte* CL. CHRISTIANO GUILIELMO. *Is qvem à Patre, Fratreq; suo natu-majore,* JANO HENR. *meo qvondam per Celtas & Belgas Comite desideratissimo, tenuit amorem qs. hæreditarium, post obitum illorum acerbissimum, erga me benevolentissimâ familiaritate etiam inter arma hactenus continuavit. Ante seculum verò, ut pariter inscriptum erat,* ad Præpositum S. L. WALTHERUM DE Mielbel *liber iste spectavit: ex cujus donatione* DAVID Mielbel anno M. D. XXX. *possedisset. Ibidemq; videre jubebatur* Platonicus Philosophus in Principibus Medicinæ, *qvos inter fortean* hic Author *relatus fuisset. Videram præterea qvàm multis in locis commendatæ nostro Scriptori medicinæ cum aliorum veterum juxta & recentiū medicorū receptis form. convenirent.*

Qvamvis ergo nec ridiculosum illud integumentum, uti nec fabulosæ adpictæ imagines me

me ab enucleando vel emedullando hoc Authore dimovere potuissent: Unum tamen fuit, qvod in ipsâ editione prælum retardare potuisset, qvod non omnia divina veluti in Socraticis pyxidiculis, sed multa Divinorum & Aruspicum atq; Auspicum inibi deprehenderem. Talia scilicet, qvæ cum curiosis illis artibus & libris, qvos in Actis Apostolicis c. XIX. *fideles Christi combussisse* S. Lucas *commemorat, & nos qvoq; Vulcano potiùs, qvàm* Typoprapho *tradere valuissemus. Utpote cum à sua superstitiositate & curiositate aliqvando ad ipsam Magiam & vetitas curationes inclinet; qvalis de Asini conjurati reliqviis habebatur p.* XC. *Ubi* Sanael, Seduel, Castifanel, *Dæmonia, obtestatur.* De *qvibus aliqvid, ni fallor,* J. Trithemius in singulari libro ad Maximilianum I. Pium, Sapientemq; Imperatorem, *ut Secundeis seu intelligentiis & Spiritibus Planetarum mundum regentibus disseruit. Hujusmodi qvoq; Bacchi acclamationes aliqvot gentiles* pag. XXXV *habebantur. Qvæ ipsa utrinq; Asteriscis à nobis notata & sicco pede fuerunt consultò præterita. Si qva tamen inibi relicta, ne Author planè mutilaretur, remansere, ea parùm nobis in Christianismo nostro satis firmatis, obstitura putamus. Proindeq; nec infans cum balneo, qvod dici solet, fuit effundendus, sed Scriptor consvetudine sui seculi qvodammodò venit excusandus. Is namq; ejus temporis genius fuit, ut nisi tam curiosa admiscuisset, nec à suis lectus fuisset civibus.*

Vixit enim, ut est pag. II lin. 17. Constantinepoli Emanuele Comneno Imperante, Calojoannis filio; qvorum utriq; vitæ & imperii finis Sortibus prædictus erat, Patri qvidem hoc: ὢ πως γεννήσῃ βρῶμα δεινῶν κοράκων! Gnato verò isto versu: Ἀλλ᾽ ὑςάτη σε κερδανεῖ λάβῃ λόγȣ. Μανȣὴλ itaq; secundum postremas literas nominis (ηλ) triginta octo significantibus, totidem annos præfuit imperio; at iste Calojoannes alicubi locorum periit, qvi corvorum nidus cognominaretur. Additq; vulgaris CHRONICOGRAPHUS l. IV. Qvod tum temporis gens Græca dedita plurimùm fuerit atq; addicta χρησμολόγοις, qvi Magiam prætextu divinatricis Physicæ exercuissent: ab iisqve, sicut antiqvitùs ab Oraculis, responsa petita, ut sit extinctâ verâ invocatione & corruptâ doctrinâ Ecclesiæ.

Qvapropter & apud Authorem nostrum non omnia Medicæ sunt actionis, sed aliqva Physicæ modò contemplationis; sicuti & titulus Physicomedicus è pag. II. lin. 20. desumptus indicat, qvod sit liber Physicalium Virtutum & Compassionum. Qvin etiam nonnulla retinendi saltem Lectoris gratiâ, jucunde conficta inibi apparent. Sicuti Noster p. III. l. 14. apertè suum scopum revelavit: Qvod cumprimis qvidem hæc exarârit corporis mortalis curationis caussâ, sed etiam qvædam delectationis.

Ex

Ex qvo fonte scaturiisse credo fabulosam totius Anteloqvii narrationem, de nomine Authoris & ipsius adeò opusculi, itemq́ occasione scripti. Qvod enim præter alios pag. II. lin. ult. HERMES TRISMEGISTUS, Deus hominibus omnibus notus, Inceptor qs. vel ut ita loqvar, Exceptor primus feratur, qvi ab Agarenis librum hunc dono accepisset; illud ex eô manâsse arbitror, qvod eidem aliqvot seculis abhinc multa adscripta fuerint: à qvo etiamnum Chymici Philosophi Hermetici salutari gaudent. Qvod verò Κοιρανίδες βίβλοι dicantur, id non ab Authore saltem patronymicè factum, verùm etiam appositivè, uti rationem ipse reddidit pag. III. lin. penult. Qvod sint scilicet Chartarum aliarum hæ veluti REGINÆ. Est autem fictitium penitus KIRANI nomen, qvô melior tantummodo commendatio, huic libro, & major accederet authoritas. Tametsi namq; CYRUS Persarum Monarcha fuerit Ter Mx. ut inde κῦρος, κύριος, & κοίρανος, qvin & Gallorum titulus regius SIRE, derivata credantur: Nullus tamen certus Princeps, vel Rex Persarum peculiaris ita nominatus legitur. Sed ut totus hic liber Græcanicus est, ita qvoq; non Persicum, ast nomen generale Græcum Κοιράνου sibimet adaptavit. Non negari tamen potest, qvod pro variâ lingvarum commixtione, Græca pariter & Germanica vocabula lingvæ Persicæ, ut est apud Lipsium in Epist. confusa sint.

Ut

Ut verò meliùs adhuc, qvid eâ de re sentiam, explicem, ego sic statuo: Authorem nostrum, ut suæ, qvâ vixit, ætatis scenæ inserviret, eâ verò jam tum Magia non amplius bene audiret, hunc tractatum ejusmodi nomine expresse inscribere meritò subveritum fuisse: Qvia tamen reverâ is talis esset, siqvidem Magia propriè contemplativam denotaret scientiam, per qvam clariùs Naturæ cernerentur opera, & harum artium Persæ cumprimis essent studiosi, ut regnare inter eos nemo posset, nisi inter Magos judicatus, uti rectè C. LONGINUS in præloqvio libelli supra citati asseruit; Iccircò per ambages periphrasticas obliqvè idem eundem innuere maluisse, qvod usq; adeò siccè proferre commodè non potuerat. Si Magicum librum dixisset, nemo ipsum adspectu fuisset dignatus; sed Persicum & Regium qvia nuncupaverat, qvantivis proinde ab omnibus pretii judicatus fuit. Ex qvo satis apparere subsumo, qvod opusculum hoc plura fortaßis in recessu occultet, qvàm fronte apertâ promittat. Necessum utiq; erit ut Lector hic passim sit κριτικὸς & sagax, nec imperitus qvid distent æra lupinis; ne omnia promiscuè recipiat, & carbones defossos pro thesauro, aut nebulam pro Junone amplectatur. Qvamvis namq; ceu paulò ante meminimus, à vestibulo hujus libelli manu-exarati appensa esset hæc hedera, qvod verè aureus esset gemmeusqve, non est tamen merè aureus vel gemmeus, sed sæpe in-

auratus

auratus modò ac gemmatus. Nec enim aurum istud usqveqvaqꝫ obryzum est, & licet de Gemmis primus præcipuè agat liber, aliqvæ tamen mangonio qvodam adulteratæ deprehenduntur. Ut & hic verè illud Aurifabrorum dicterium: Steinichen seynd Beinichen, *obtineat. Nescio namqve qvi fiat, qvod tota illa superbiæ officina vanitate plerumqꝫ non careat, usqꝫ adeò, ut qvicunqꝫ de Lapidibus Gemmisqꝫ nonnihil commentati sunt, ad superstitiosa maximam partem abierint.* Consulatur modò Speculum Lapidum Camilli Leonardi, cum Sympathiâ VII. metallorum, ac VII. selectorum lapidum ad VII. Planetas, Petri Arlensis de Scudalupis, presbyteri Hierosolymitani; Ut & Francisci Ruæi Insulani Syntagma de Gemmis, qvæ in capite penultimo Apocal. Johan. recensentur, qvibus & aliæ Gemmæ postea additæ, ubi cumprimis qvoq; docet, qvibus Diis, vel potiùs Planetis sacri illi crediti fuerint antiqvis lapilli: Plura ejusmodi apud Albertum M. C. Agrippam, Hier. Cardanum, Petrum Messinam & Anselmum Boossium. *Nam de sculpturis, & sigillis Magicis Gemmarum, talibusqꝫ amuletis, & periaptis, seu Sacramentis Diaboli, qvid sentiendum sit,* è Scaligeri Exerc. Mart. Delrii disqvis. Mag. G. Godelmanni c. 8. l. 1. de curat. morb. præstig. Bodini l. 2. de Dæmon. c. 2. *imò* ex Æl. Spartiano, *vel gentilem Impera-*

torem

torem Caracallam *ejusmodi reculas appendi vetuisse novimus.* *Sicuti* & ipse Galenus πάσας τῶν περιάπτων ληρώδεις μεταμορφώσεις, καὶ οὐδένα λόγον ἰατρικὸν ἐχούσας, *damnâsse & repudiâsse legitur.* *Cujus ipsius tamen distinctionem & admonitionem* l. X. simplic. medic. *propositam admittimus: nimirum periaptis sit confidere oportere, ut substantia illorum auxilietur, non verò incantationis Magorum verba. Qvocirca neqvaqvam inficiabimur Naturæ Consultis mirabiles adeoq́; miraculosas Gemmarum Virtutes, & efficacissimas occultasq́; proprietates, atq; illas proculdubio descendere ex influentiâ peculiari & virtute Planetarum, stellarumq; cœlestium, & ex meliori temperamento Elementorum, qvalitatumq; in materiâ subtiliore & puriore Gemmarum: Cujus rei sit evidens argumentum, qvod India & Æthiopia pretiosissimos mittat lapides, qvia ibi propter vicinitatem orientis Solis & meridionalis meliùs & fortiùs percoqvatur lapidum materia, qvàm in occiduis vel nostratibus Arctois terris.* Sicuti Velcurio l.III. comment. Phys. c 15. aliiq; Physici docent. *Qvô fine qvoq;* Scriptorem nostrum *puto Gemmis igneas vires attribuere, easq; proinde uni & alteri Planetæ* (*ut Jovi* pag. 18. *Saturno* p. 37. & 28. *Veneri* p. 23. & 43, ac 49. *Mercurio* p. 22. *Marti & Lunæ* p. 40. &c.) *vindicâsse; atq; sic in qvaternario Elementari plantas terræ, pisces aqvæ, & volucres*

aëris

aëris (ut eſt pag. 6. l. 20.) *Virtutibus Gemmarum igneis miſcere voluiſſe. Qvorſum etiam reſpexiſſe credibile erat, cum* p. 3. l. 23. *ait.* In tres igitur dividens Kiranidas omnem compoſitionem declaravi per Elementum. *Qvaſi ſc. juxta IV. principia, calorem, humorem, terrenum & aereum, ex qvibus omnia corpora ſunt compoſita, & his mixtionibus naturali temperaturâ figurentur omnium animalium generatim qvalitates, videatur procedere; & nō κτ̀ ϛοιχεῖα, ſecundum Elementa atq; literarum ordinem. Qvod poſterius tamen, priore haud penitus excluſo, præcipuè obſervâſſe* K. noſtrum *ipſa librorum ſeries, rerumq; alphabetaria tractatio ſatis ſuperq; prodit. Qvô ſolô nomine usq; adeò abreptum conſtat* Authorem hunc, *ut tantam virtutem plantis, avibus, piſcibus, & lapidibus, initiali ferè ſolummodò literâ convenientibus, propterea attribuerit, & in qvaternione copulârit. Atq; inde nos qvoqve titulum* capitibus libri I. *impoſuimus* Elementorum, *prout eundem* in Mſ. ad marginem *pariter adſcriptum reperimus. Qvod autem* Tres Kiranidas *modò h. l. enumeret, cùm tamen* IV. libri in Mſ. *habeantur, id ſic debere conciliari exiſtimo, ut dicatur* primum librum *vel ἀρχαϊκὸν eſſe, vel* HARPOCRATIONIS *proprium, aut ſaltem ex eo &* KIRANO *junctim collectum, uti patet è* pag. 7. lin. pen. & ult. item p. 70. *Nam & de Avibus pariter & Piſcibus aliisqve agit qvadrifariam ſemper. At* ſeqventes

tres

tres libri *solius* Kirani *videntur*, ut ex eâdem p.70. apparet, *hiq; sigillatim tractant* de Animalibus primus, *qui nobis* alter *est*, de Avibus secundus, & de Piscibus tertius, vel *in ordine nostro* qvartus & *ultimus*. In qvibus duobus posterioribus *non pauca recurrunt*, *qvæ in* libro primo *jam tum adfuere*, ex illis, *uti videtur, excerpta*: *è diverso si qvid* in posterioribus istis *non repetatur*, *id* Harpocrationi, *vel* libro priori, Archaico *adscribitur* p.30.

INTERPRETEM *qvod attinet, licet in Msc. sub literis* RA. PA. Præfationis veteris titulo *subjunctis ipsum latitare credidissem, qvia tamen* Viri Cl. Aldrovandus & Barthius *eundē* GERARDUM CREMONENSEM *appellatum fuisse asseverant, libenter illis fidem astipulamur. Italum certè fuisse locis qvam plurimis fit manifestum, ubi ex Italico sæpe Idiotismo, nec semper-Latino trāslationem hanc ipsum adornâsse cernimus. Ipsemet* qvoq; initio pag. 2. *fatetur* aspera qvædam, *inibi esse & prærupta; tametsi non sibi ipsi culpam, sed veteri versioni Græcæ, ex notis &* titulis *vel siglis antiqvissimis desumptæ velit imputari. Haud inficiatur nihilominus verba suæ translationis* de Barbaricâ sterilitate *ferè producta*, *dum* sensum *modò* utilem, & *fœcundum rerum* intellectum *unicè spectârit. Qvicqvid sit scias Lector B.me animi saltem à tam diri temporis contemplatione revocādi gratiâ hæc eruisse; de reliqvo verò tam in rebus, qvā verbis dānabilia omnia ultrò dānare: qvæ utilitatis alicujus sunt lucro deputare.*

LIBER PHYSICO-MEDICUS
KIRANIDUM KIRANI,

i. e.

Regis Persarum,

Verè aureus gemmeusq́;

Post 1) ferè annos nunc primùm è membranis Latinè editus cum Notis.

Qvi multis adbuc seculis antè Syriacè, Arabicè & Græcè scriptus & versus extitit: Cùm autem reliqvæ translationes interciderint, Hæc semibarbara non omninò sepelienda, nec ita totum opusculum obliterandum fuit. De qvo qvid sentiendum sit, reqviratur in C. Barthii Advers. & Lexico Harpocrationis.

ÆRA C.

CIↃ IↃC XXXVIII.

Amplissimo & Experientissimo

ORDINI MEDICORUM PHILURÆORUM

M. A. R. S. Dicat hunc librum cum P.S.

Medicinam solam vel ipsis Imperatoribu
imperare è scito Pliniano didicimus. Ut ni-
hil mirum, si Reges prisci non Philosophan-
modò ex Platonis voto, sed & medicati fue-
rint: ne alienis semper oculis & auribus videre & au-
dire, atq; adeò se & sua omnia aliorum arbitrio sub-
mittere & concredere cogerentur. Id quod cum sequio-
ribus iterum temporibus antiquatum fuerit; Vos Me-
dici non injuriâ regnum istud vobis etiamnum vindica-
tis, ut omnibus præscribatis, aliquos etiam, immorigero-
præcipuè, penitùs proscribatis. Nec minus ergò Vobi-
quàm Regibus & Principibus ἢ ἥκιστα ἢ ἥδιστα collo-
cuturi afferre debent: ne curæ & occupationes vestr-
seriæ & regiæ planè turbentur, aut aures dictatori-
offendantur. De [illegible] verò in præsentiarum cum
dubitem, utrum illam in hoc, quem censendum vobis a-
micè offero, tractatu, regali quidem illo, sed barba-
ricâ veste adhuc amicto, deprehensuri sitis? De bre-
vitate tamen ut securi mecum esse possitis, ipse libel-
istius, & hujus inprimis pagellæ intuitus faciet sper-

Quem in finem de duobus solummodo protestand-
V. Cl. obtestor. Primùm ut ne rudi Latinitate scripti hu-
jus, pro temporis illius, quo translatum est, genio solœ-
cissantis Vos alienari patiamini: cùm & Galenus ve-
ster Parens istud vitium in vernaculâ suâ librô integr-
quem hodieq; desideramus, iverit excusatum. Religi-
mihi certè fuit, aliquid in Interprete quoq; mutare-
præter quem [illegible] aliud nuspiam reperitu-
Deinde ne permittatis, ut quæ interspersæ sunt superst-
tiosæ curiositates vel scoriæ & foria Enniana aurum
Virgilianum, quod inde legendum erit, corrumpere & f-
quoq; judicium vestrum intervertere valeant. Cogita-
bitis & istud Plinii: Quod nullus liber tam parvus a-
pinbus, quin aliquid contineat boni; id sufficiat. B. V.

PRÆFATIO DEDICATORIA VETERIS INTERPRETIS.

** ** ** ** ** **

Prudentissimo Domino Magistro ***

RA. PA. INFIMUS CLERICUS.



dmiror & commendo sagacitatem tuæ prudentiæ, qvæ cum docta & experta sit in his, qvæ supra naturam nostri circuli sunt, & qvæ jam qvasi ultra septem cœlos contemplando penetravit, modo etiam infima experimenta terrena despicere non dedignatur. Rogâsti enim me, ut hunc librum medicinalem de Græco eloqvio in Latino sermone transferrem. Res qvidem fuit facilis ad dicendum, sed difficilis ad perficiendum. Verùm caritativo amore tuoq; beneficio permotus obedire non renui. Et qvoniam *diversæ sunt ejus translationes de Agarenicâ lingvâ in Græcâ*, ut nôsti, librum Græcum, qvem mihi dedisti, studiose & fideliter per omnia æmulatus sum. Ipsos etiam *duos Prologos*,

 qvam-

qvamvis asperos, velut de antiqvissimis titulis abstractos, præterire nolui: non verba, qvæ de Barbarici sterilitate sunt, sed sensum intelligendo utilitatis. Si qvid ergo repereris alienatum, non infidelitati, vel malitiæ, sed communi errori deputetur. *Nullus enim tam sapiens, qui absq; titulo inscitiæ reperiatur.* Volo tamen te scire, qvod est apud Græcos qvidam *liber Alexandri Magni de VII. herbis VII. Planetarum*; & alter, qvi dicitur *Thessali mysterium ad Hermen* .i. Mercurium, *de XII. herbis, XII signis attributis, & de VII. aliis herbis per VII. alias Stellas.* Qvi si forte perveniunt ad manus meas, vel tuas, qvia cœlestem dignitatem imitantur, rectè huic operi præponuntur. Transfertur itaq; iste liber *Constantinopoli Manuele imperante*, anno Mundi VI. M. mo sexcentesimo LXXVII. anno verò Christi M. C. LXVIII. Indictione secundâ. *Liber Physicalium Virtutum, compassionum & curationum*, collectus ex libris duobus: *Experientiâ* videlicet *Kiranidarum Kirani*, Regis Persarum, & ex libro *Harpocrationis Alexandrini* ad propriam filiam. Habebat autem primus Kirani liber sic, sicut & supponemus ei donum magnum Agarenorum: accipiens fuit *Hermes Trismegistus*, Deus hominibus omnibus

bus notus, librum hunc. Ne tradas ergo inscientibus, sed habe apud te velut possessionem magnam: solum autem filiis, si posfit, tradat pater pro auro ad efficaciam actionis, adjurans eos solùm secretè habere, ut filium sacrum.

Hic liber Syriacis fuit insculptus litteris in columnâ ferreâ, in libro qvidem priori à me interpretata. In hoc autem libro, qvi vocatur *Kiranis*, scriptum est *de Lapidibus XXIV. & Piscibus XXIV. herbis XXIV. Volucribus XXIV.* Horum unaqvæq; virtus complexata & permixta est reliqvis virtutibus corporis mortalis curationis caussâ, verùm etiam delectationis: & verè inventio aut initium à Deo omnipotente. Nam per ejus sapientiam, herbarum & piscium volucrumq́, actionem, & lapidum virtutem & animalium ac ferarum naturam, insuper & vicarias eorum permixtiones, & communitates ac proprietates (*tenemus.*) siqvidem divinitùs venit in homines scientia & multorum peritia. In tres igitur dividens Kiranidas, omnem compositionem declaravi per elementum, (*.i. Alphabetum,*) sicut digna recordatio rerum accedit. Κοιρανίδες verò dictæ sunt eò, qvod aliorum meorum librorum istæ sunt Reginæ. Invenimus

 autem

autem Kirani Regis Perſarum, quorum prior eſt hic. Hic qvidem eſt *Prologus Harpocrationis*, hic habebat ſic:

Liber Syriæ therapeuticus . i . curatorius, propriæ filiæ Harpocration ſcripſit hunc.

Cùm aliqvando iter agerem per Babyloniæ regionem, civitatem Seleuticam nomine inveni, cujus omnem hiſtoriam ſcripſi, ſed nos illius civitatis longum ſermonem non habemus neceſſe deſcribere, ne ſemper in procemiis vacemus. Nunc ergo ad propoſitam intentionem revertamur. Adhuc autem & aliam, dixit, vidi civitatem, XVII. funiculos longè à Seleuticâ, qvam Alexander Macedo ſubvertit, & ſic Seleuticam ædificavit, ſub Perſis poſitam, & à gente Perſarum habitatam. Vocatur a. parva Alexandria, qvæ eſt propior Babyloniæ. *Hæc autem Syria eſt Hiſtoria.* Tertiò anno accidit, ut invenirem qvendam ſenem extraneis diſciplinis litterisq; Græcis imbutum. Dicebat autem Syrum ſe eſſe genere, captivum autem factum, & illic degere. Ipſe verò omnem civitatem mecum circuiens oſtendebat mihi ſingula. Veniens autem ad qvendam locum diſtantem à civitate miliaria IV. columnamq; vidimus cum turre magnâ, qvam incolæ de Syriâ dicebant

sebant se attulisse de ædificio Salomonis, & collocâsse ad sanitatem & curationem illorum virorum civitatis. Attendens ergo inveni eam scriptam esse litteris peregrinis. Mox ergo senior rogatus à me consensit ostendere mihi, & ego auscultabam eum narrantem, qvæ erant de columnâ, & exponentem libenter Æolicâ voce Barbarorum litteras. Conspicis, inqvit, Fili, tres turres dispositas, qvarum una distat milliaria v. alia duo & dimidium, alia autem qvatuor. Hæ fuere ædificatæ à Gigantibus, qvi in cœlum volebant ascendere; propter hanc impiam insaniam alii fulminati sunt, alii verò de reliqvo semetipsos non cognoverunt Dei judicio, cæteri verò in Insulam Cretæ abjecti sunt, in qvam projecit eos Deus eis iratus. Præcepit ergo senex, qvi hæc ostendebat mihi, funiculo mensurare magnitudinem lapidis. Mensurans ergo eam, qvæ erat propinqva, inveni eam altitudinis cubitorum XXXII. Latitudinis autem LXXIX. Erant autem ei & gradus ducenti octo. Vidimus autem & claustrum sacrum, & in medio claustri erat templum habens gradus argenteos CCCLXV. & alios aureos LX. per qvos ascendimus orare Deum, & dicebat mysteria

Dei viventis, qvæ nolo omnibus proferre.
Ego qvidem de reliqvis exqvirere volens,
alia qvidem proposui, de columna (*vero*)
solùm audire optabam. Senex autem aufe-
rens cortinam byssinam ostendebat pere-
grinas & extraneas literas sculptas in eà.
Cùm autem essem litterarum mearum do-
ctus, orabam & flagitabam qvatenus o-
mnia apertè & absq; invidiâ mihi patefa-
ceret. Qvæ vero in columnâ legebantur
sic erant:

*Tabula veri exempli multiplex ista, semper ha-
bẽs & sciens & præcavens divinitatis immissione.*

Iste secundus liber dicatur nomine
Dei Kirani. *Secundus liber de parvâ archaic.*
Syriacâ exiens, ut fluminis clari impetus Eu-
phratis decurrit. *Stylis ferreis sculpta sunt hæ*
,, Et qvæcunq; priùs fuerunt aut futura
,, sunt, æqvalia conjugata in virtutibu
,, Lapidum, cum eis simul & plantæ terræ
,, & pisces profundi, & volucres aeris: tem-
,, perans virtutem virtuti in qvaternari
,, majori. Hæc enim hominibus præteri-
,, tis & futuris (*prosunt.*) Qvoniam im-
,, mortalis mortale corpus portans, ducta
,, per aerem, obligata malis vinculis nece-
,, ssitatis; Sicut ipse Deus dixit, mortalia
,, corpora gubernãs efficeris in peccatis

sord

„ sordibus necessitatis circumtorta. Sic-
„ uti in compedibus aliquis, nisi exiens, &
„ ligaminibus ac vinculis: sic & tu con-
„ nexionibus durissimis â necessitate co-
„ arctaris. Cum autem egressa fueris à
„ gravi corpore, verè videbis Deum do-
„ minantem in aere & nube, qvi tonitrua
„ & terræ motus inducit, fulgura & coru-
„ scationes & fundamenta terræ movet,
„ & undas maris. Hæc sunt opera DEI
„ Patris æterni. O ANIMA! Deus osten-
„ dit hominibus & contraria omnia.

Sed hic liber humatus fuit in paludibus Syriæ, sculptus in columnâ ferrea tota chalybea vel endanica, veluti prædictum est in priori libro, qvi vocatur *Archaicus*. In hoc autem, qvi vocatur *Kiranidis*, scriptum est de Lapidibus XXIV. & piscium maris XXIV. & herbarum XXIV. & volucribus XXIV. Horum uniuscujusq; virtus complexata miscebitur reliqvis virtutibus, ut mortale corpus mitigantes & confortantes sanitate æternâ fruamur. *Nemo enim donat Spiritum homini, nisi Deus.* Omnia enim scripta sunt ad Dei constructionem. *Est autem initium hoc.* Si enim principia utrorumqve seu *prologi* dissonantiam habent, sed ex hinc omninò velut ab unâ consonantiâ initium fecerunt. *Harpocration* autem sic:

(ELEMENTUM I. A.)

Ἄμπελος λευκή, qvod sonat vitis alba.
Aqvila volucris.
Ἀετίτης .i. aqvilinus lapis.
Aqvila piscis absq; sqvamis.

Ἄμπελος λευκή sacerrima & admirabilis herba, qvæ est divina & dicitur βρυωνία. Aqvila masculus rex est omnium avium. Aqvilinus lapis gravidus est & resonat. Aqvila piscis sine sqvamis, similis ἱέρακι .i. accipitri, nigrior autem similis parvo τρυγόνι .i. turturi.

Ad spasmaticos & Epilepticos:

Jam radix herbæ circumaptata collo spasmaticos & epilepticos sanat. *Ad dysentericos & hæmorrhoicos:* Foliorum verò succus, qvando cyathus unus datus alicui à dysenteriâ detento, sanat. *Contra ebrietatem:* Aliàs autem vir sanus volens uti multo potu, succũ foliorum ℥ 1. & tantundem aceti jejunus bibat. *Ne qvis inebrietur:* Si autem & lapidem, qvi est in capite piscis, cum mero bibat, non sentiet, qvid omninò bibat. Et si portet lapidem circa collum absq; herbâ, meri lagenam bibens non sentiet. Eundem verò lapidem piscis cum vino minutum & attritum bibens non sentiet

tiet penitùs qvid bibat. *Ad faciendam excretionem:* Acini depreſſis botris triti cum modico prædicto lapide, dati in potu iis, qvi habent genitalia ſoluta, multam inſtantiam præſtant. Sed & iis, qvi non poſſunt commixtionem vel concubitum perficere, his ſanum eſt. *Ad oſſa fracta manuum, & dyſentericos, & omnem paſſionem ani. Hoc autem ipſe Deus dedit, ut corpus mortale non deficiat:* Vini albi cotylas tres cum cymis herbæ xii. & ruboſo de ſpicu (L. *κηκίδι.*) i. gallâ Coriariorum ℥ iij. decocta usq; dum cotyla una fiat, dyſentericos & Lientericos, & oſſa fracta manuum & omnem paſſionem ani, omneq; hujusmodi ſanat bibitum. Qvietat autem colli omnem paſſionem jus foliorum cum modico melle bibitum. Si autem & modicum lapidis addideris, neqvaqvam ultra augmentabitur, vel revertetur iſta paſſio. Multis itaq; videns oſſa conqvaſſata, admiratus ſum eſſe curata. Addiſcens ſic qvidam erat annorum xxv. nunc absq; dolore (*reſtitutus*) medicinâ & hâc divinâ naturâ. Nec enim priùs manus erant: in eâ unâ tota caro marcuerat, nec ſenſum habebat, ſed etiam reliqva membra tangenda erant. *Ut faciant ſana etiam oſſa conqvaſſata*

in hoc

in hoc sacro libro inveni sic: Foliorum herbæ succum & tantundem vini albi permixtum da bibere per dies VII. & sanabuntur. Et lapis qvoq; ætites circumaptatus, & piscis comestus idem faciunt. *Hoc Dei donum conserva, & nec proprio filio trade! Ad pollices & ungulas incurabiles.* Cum ungula majoris digiti ceciderit, & fuerit incurabilis, ac semper rheumatizat, dactylos attritos infunde vino albo, & masticatos superpone aliqvando solos, aliqvando cum oleo rosarū.

Ad formicationes & verrucas. Ad formicationes autem, qvæ fiunt in toto corpore, aut verrucas, qvæ fiunt in parte, qvæ à multis nominantur pori, Vitis sarmentum aut lignum comburas, & ex fumo pampini egredientem lacrymam circumline, vel da bibere, & cadent omnes, hoc neminem doceas! Sic & fimus aqvilæ circumlinitus curabit. Lapis appositus & adeps piscis inunctus (*qvoq;*) sanat. *Ad putredinem gingivarum, & maxillarum & in toto corpore ulcera cancrosa & depascentia:* Succi foliorum ℥ iij. aluminis ℥ IV. misy crudi ʒ IV. mannæ ℥ IV. Iris Illyricæ ℥ I. Chalcanthi i Vitrioli ℥ IV. soluta donec sicca fiant. Hoc enim purgat & replet ulcera ulcerosa & depascentia, sistit verò & supervenientes phle-

phlegma. Ac ultra magnum est. *Ad putredinem lingvæ & mortificationem gingivarũ:* Narramus autem nunc magnum qviddam: Vidimus in lingvâ marcidum & cancrosum, ut gingivæ propterea mortificatæ essent; Succum ergo foliorum cum melle mixtum apponentes, curatum est: deinde ireon siccam superspergentes, ulcus repletum est. *Ad omnes confractiones & polypum, & depastiones & comestiones, & humores, & qvæcunq; circa nares fiunt, divinum medicamentum:* Foliorum succi ℥ IV. mannæ, Chalcanthi .i. Vitrioli, libali, χαλκίτεως (.i . *misy,*) aristolochiæ ana ℥ iij. tere donec fiat ξηρὸν .i. siccum, & utere divinâ virtute. *Ad denudationes capillorum & effusiones illorum, ulcera, furfures, & qvæcunq; supra caput passiones.* Succum herbæ & succum ποταμȣ γείτονος, .i. vicini fluminis, & succum sesele peritè immixtum inunge per dies iij. *Ad dentes & molas molares immarcidas & inconcussas servandas divinum medicamentum, qvod te non lateat!* Succi botrorum ℥ I. vel cotylas ij. radicis corticis moræ ℥ VI. coqve usq; ad dimidium & da ad collutionem oris per dies III. aut V. vel VII. & nunqvam molas dolebit. Si qvis ergo diligenter velit considerare à

capite

capite usq; ad pedes, vitis curabit langvores, Theodorica vocata .i. à Deo donata herba.

Kiranus qvidem & Harpocration hucusq; consonant.

Dehinc nova Kiranus differens dicit:

Ad urinam & ventrem. Asparagi inqvam herbæ hujus .i. cymæ primæ germinationis, elixi & esi urinam & ventrem movent. Virtutem autem & folia & radix & fructus, calidissimam & acrem habent. *Ad scrophulas & carnem rodentem, & ulcera putrida, & gangrænas.* Habet autem & aliam qvandam famosissimam virtutem & divinam efficaciam: sanat enim scrophulas & ulcera & gangrænas & phagedænas, & ulcera putrida cum Aristolochiâ confecta & emplastrata. Radix autem ejus assata bonum colorem faciei inducit, & teneram superficiem. *Maculas autem & clavos & lentigines abstergit.* Clavos, lentigines & maculas nigras cum orobi farinâ & fœnugræci mixta purgat. Cocta autem cum oleo donec concrescat, & contineatur .i. induretur, ad eadem prodest. Aufert autem & livores oculorum & anxillas ungularum radix vino confracta. *Ad tumorem* Genitalium & omne ulcus emendat: dissipat autem & disper-

dispergit tumores. *Ad Epilepsiam* autem bibitum ℥ i. per annum qvôq; die cum oxymelle. *Ad apoplexiam & scotoma, & serpentium morsus & abortum:* Prodest autem & apoplecticis & scotomaticis, sic autem date ℥ ij. morsos à serpente curat velociter; fœtus qvoq; corrumpit, turbat autem ventrem & sensum, & apposita qvoq; secundinam educit, & urinam movet bibita. Splenem qvoq; liqvant oboli iij. ex eâ bibiti per dies xxx. Emplastratur autem cum ficubus utiliter ad idem. Elixatur & ad sessiones calidas pro purgatione matricis. Educit etiam temperatè & ventrem. Fructus autem ejus facit ad furfures & lepras inunctus & cataplasmatus. Succus autem totius herbæ cum sorbitionibus bibitus lac educit. Prodest & Epaticis bibita & collita oleo. Ejus qvoq; folia ad omnia ulcera prosunt cum vino cataplasmata. Et ad rheumata supra conveniunt imposita. Et ultra dicamus: *Utilis est ad omnia cautè eâ utenti.*

Duæ sunt autem species ejus, prima qvæ vocatur *Vitis alba*, qvam qvidam bryoniam dicunt: Alii verò serpentis uvam, alii vero cœlidoniam, qvidam verò μίλητον, alii

autem

autem ψιλωθρον; alii verò ἀρχιτωστικὴν, alii Kethedron (L. κῆθον *auxiliantem.*) Hujus palmites & folia & capreoli sunt similia domesticæ viti, densiora vero & implicantur adjacentibus fructibus, apprehendens cum capreolis. Fructum autem habet rubeum uvosum, qvo depilantur vel præparantur coria. Secunda autem ejus species *Vitis nigra* vocitatur, qvam etiam bryoniam dicunt, alii verò χειρώνειον, folia habens similia σμίλακι, majora verò applicans & ipsa arboribus capreolis suis: fructus verò ejus similes botris, virides autem sunt in initio, maturi verò deforis sunt nigri, interiùs verò buxo similes. Et ejus qvoq; caules in primâ germinatione coqvantur ut olus. Sunt autem diuretici & menstrua educuut, splenem sanant. Conveniunt spleneticis maximè radices, & tota herba convenit epilepticis & scotomaticis. Facit autem & ad supereminentes carnes abscisas folium ejus cum vino cataplasmatum, & ad membra subversa & mota & remissiones & ultra similem vim habet priori.

Vitis autem alba habet & alias efficacias sæculares & deliciales, ut impositus non

solùm

ſolùm ſobrietatem præſtet alicui, ſed & delectationem inferat, ſicut in hoc loco *Kiranis* ſic. A ſuprâſcriptâ verò utrorumqve diſſonantia habuit ibi *Harpocrationis* ſermo: *Beata herba Deorum ductrix & ducissa regalis, omnibus herbis potentior, terræ obtinens & cœli & aeris principatum, & poteſtatem ſolvens, botris ferens potum, ut ſolvas membra, inducas ſomnum, nullus ſermo vel corpus expellet te, nullus poterit contra te, ſed redarguis qvæcunqve ſunt in animis mortalium, & qvæ abſcondita habent myſteria mentis. Qvæcunq; occulta ſunt vitis manifeſtat, & omnia qvæ ſcripturâ, aut medicinâ fuerint, vel incantatione, vel gloriâ, aut à ſcientiâ, & qvæcunq; hujusmodi ſunt occulta. Hæc enim dicantur vitis myſteria.* Habet autem & alia mundana, qvæ mortalibus non ſunt inutilia, imò delectationem & gaudium præſtant. Legi ergo ſic deinceps: Sacer ſermo ſicut habuit *Kiranis. Ad gaudium & exultationem*: Beata, à Deo donata Regina, ex Deo botrum ferens, mater ſacerrima & divinior omnibus plantis, natura primæ botrum affectat, botrus vinum cœleſte facit. Priusqvam hoc dixerint ſupra calicem vel ſcyphum mitte, vel lagenam, de qvâ bibunt omnes, & reſolvuntur in gaudio, nullo qværente vel rogante. *Ad εὐοχίαν. i.*

 exul-

exultationem: Succus botri bibitus gaud-
um magnum inducit. Planta eam in o-
mni loco. Nec enim solemnitates Deo-
rum aut mortalium, qvi terminum habe[nt]
in vitâ, aut qvæ in vitâ veniunt, vel qv[æ]
nunc exeunt, aut qvædam de iis, qvæ in
vitâ fiunt, poterunt fieri absq; plantâ ist[â].
Vel occulta (*poscunt*) hanc plantationem.
Ad qvartanarios: Adhuc restat mihi de qvo-
dam Cacodæmone, qvi est Qvartanariu[s]
dicere, qvià qvinq; fortibus primi Deca[ni]
capricorni non leviter domatur. Qvonia[m]
non videt, nec audit; est enim absq; capit[e].
Accipe ergò uvam habentem semina IV. ex-
trahe grana cum ungulis, & non cum ore
& mitte in rudi panno, & suspende ad co[l-]
lum, & faciet sanitatem. Et lapis, qvi e[st]
in capite piscis, circumaptatus collo au-
fert qvartanam. Accipe ergo lapidem
ætiten, & sculpe etiam in eo aqvilam, & su[b]
lapidem mitte semina uvæ & summitate[m]
pennarum alæ aqvilæ, &, si non habes a-
qvilam, accipitris, & recludens porta! Se[r-]
vabit enim te ab omnibus prædictis occa-
sionibus mali: insuper & vim loqvendi,
amicabile colloqvium cum magnis vir[is]
præstabit, & ad multa alia, qvæ nolo omni[a]
dicere, confert.

ELI[...]

(ELEMENTUM II. B.)

Βορεσίτης *est volucris*, qvæ dicitur κορώνη, cornix, commune animal & omnibus [no]tum, vivens usq; ad annos qvingentos. Βήρυλλος *est lapis* pretiosus, qvi & πάν-[ζω]ον. i. omnivita. *Bissas, cancer est mari-[nu]s*, qvi vocatur carabus, vocatus est au-[te]m bissas propter similitudinem & colo-[re]m βησσάλων. i. tegularum scilicet rubea-[ru]m. *Brathi* .i. *sabina herba* est omnibus [no]ta.

Ad dyspnoicos, orthopnöicos & asthmaticos: [F]ac electuarium hoc: Sabinæ ℥ 1. butyri ℥ [..] mellis ℥ iij. misce, & da jejuno.

[A]d *omnem infirmitatem oculi:* carabi ad collum [su]spensi sanant infirmitates. *******.

[V]olucris autem eandem naturam habet, [qu]am si fœmina moritur, masculus cum aliâ [co]njungitur, sicut & fœmina facit. *Ad a-[m]orem viri & conjugis suæ:* Si vir gestaverit [co]r masculi, & uxor cor fœminæ (*cornicis,*) [co]nvenient inter se toto tempore vitæ suæ, [&] hoc miraculum est certum *Ad dyspnoi-[co]s, epilepticos & nephriticos:* Accipe inqvam, [b]erillum lapidem, & sculpe in eo corni-[ce]m, & sub pedibus ejus carabum, reclude [&] modicum sabinæ, & modicum cordis vo-

lucris sub lapide, & porta ut vis. Facit en
ad dyspno: epilept: & nephriticos.
enim lapis Jovis. *Ad gaudium & exultat*
nem, & ad acqvisitionem, & unionem, & conjug
lem amorem: Portantem autem faciet l
tum & divitem. Facit autem etiam ad
morem lascivum & conjugalem, ut val
optimum.

(ELEMENTUM III. Γ.)

Γλυκυσίδη herba qvædam .i. Pæonia.
Γλαῦξ volucris. Gnanthius lapis.
Glaucus piscis marinus omnibus notus.

Glykiside herba est *Pæonia*, vocata est a
tem Pæonia ab inventore *Pæone*, habet a
tem fructum sicut styraca amygdalæ. S
mina qvidem ejus alia sunt aperta, a
clausa. Glaux est avis, qvæ Palladi adsc
bitur, coronam habet supra caput penn
tam, oculos autem ut nycticorax magn
in agris degens. Gnathius lapis est du
sicut μυλίας, similis granato. Glaucus pis
est marinus omnibus notus. Herbæ ita
duæ sunt species fœminina & masculina.
Ut mulier concipiat: Si ergo fœmina non re
net semen virile & vult concipere, divi
herbæ circumcingatur seminibus clausis
gans eam in panno lineo formato VII. co
riti

bus, circa pectẽn autem ponatur. *Ut non ncipiat:* Si autem non vult concipere, ertis ſeminibus cũ ceramine auris mulæ rcumcingat ſe qvanto tempore vult. *l facilem partum:* Si autem in dolore partûs t periculum, contere ſemen apertum, onfice cum oleo, & perunge lumbos ac ctẽn, & abſq; dolore pariet. *Ad effugan-s dæmones & phantaſmata mala:* Radix au-m ejus ſuffumigata vel bibita dæmones cpellit & phantaſmata cuncta; geſtata tem idem facit. *Ad miraculum* faciunt laucis avis, & glauci piſcis oculi, eos cum odicâ aqvâ marinâ contere & repone in npullâ vitreâ. Melius autem eſt fel u-orumq; ſolvere & recondere in vitreo aſe. Qvando autem vis, ut admiretur vir-s naturæ, de prædicto molli collyrio in-ngendæ ſunt membranæ, & in die qvi-em non apparebit: obſcurô autem factô getur qvod ſcriptum eſt. Si autem vis & muro depinge aliud qvodvis, & nocte actâ, qvi ſunt in tenebris videbunt putan-es dæmones aut Deos eſſe, qvod viderint. *t videatur aliqvis robuſtus, & glorioſus, & fidelis d omnes, & ut ſomnia conſpiciat vera:* Si qvis utem in lapide Gnathio ſculpſerit Glaucũ olucrem, & ſub pedibus ejus piſcem, &

his oculos clauſerit ſubtus, ac portave abſtinens ſe à porcinâ carne & ab omni mundiciâ, obſcuro facto apparebit eleg homo; putabunt ergo conſpicantes D num eſſe. In die qvoq; qvicqvid dixe credetur ei. In lecto verò habitus vi nes oſtendet veras.

(ELEMENTUM IV. Δ.)

Draconthea herba.

Δενδροκολάπτης *avis .i. arboris inciſor ſeu*

Draco piſcis. Dendritis lapis.

Draconthea herba eſt, habens ſemen ut oculos Draconis, folia lata, mala e mninò. Dendrocolaptes avis eſt omni nota, magnitudinem habet, ut ὄρτυξ .i. turnix, vel qvallia: perforat eni qvercus, olivas & nuces, ut in medio li faciat nidum. Draco marinus piſcis ſqvamis. Poſtqvam ergò multum exc verit, & violentiam nimiam facere vol rit, nubes cœli rapiunt eum in aerem, projiciunt eum in montibus, membrati eum diſcindentes, ut amplius non ſit.

Ut non lædatur aliqvis: bifurcata eſt, ſicut ca da eqvina, longitudinis digitorū ij. Qv mittens in oleo ſerva. Circumapta qvidem omnes ſervat abs faſcinatione

in-

nfirmitate. Ego enim vidi hoc in maritimis locis Assyriæ regionis. Dendritis lapis est, qui cognoscitur à multis: hic oritur in Indiâ in petrosis locis maritimis, habens altitudinem VI. digitorum. *Ad auditum*, Draconthea herbæ semen gestatum visum acuit, & modicum dolorem capitis aufert. Penna quoq; volucris cum pauco lapide hemicraniam apposita curant. Similiter penna avis & parum piscis trita & superposita omnem cephalæam subitoq; curant. Non ergo erremus pro difficili inventione magnæ Draconthea, sed ea quæ fiunt, sunt à parvâ Draconthea, quæ est altitudinis palmarum ij, & est ut piscis vel serpens, & hanc ponimus pro eâ.

Ad λευκοφλεγματίαν & ἐλεφαντίαν, & omnem lepram. Ad dolorem capitis & initium elephantiæ & lepræ, & Kelesiæ, & ad omnem scabiem cutis adeps Draconis cum succo herbæ, inunge mane & vespere. *Ad aperiendas fores, claustra, vincula, & feras domesticas facere, & diligi ab omnibus, & acquirere omnia, ut fiat tibi quicquid vis.* Si quis autem obtineat foramen arboris, in quo sunt pulli dendrocolaptis, feret herbam, quam cognoscit. & tangens aperit: nam si de luto, vel cretâ firmatum fuerit, cadet

lutum; Si de lapide, prosilit: Si tabula lignea vel lamina ferrea clavis fuerit ita confixa, abscinduntur & disrumpuntur omnia ad tactum herbæ, & picus aperit, & extrahit pullos suos. Si quis ergo hanc herbam consecutus fuerit, faciet multa qvæ non sunt modò licita loqvi, veluti de divinissimâ naturâ, qvæ homo perficere non potest. Si qvis ergo in lapide dendrite sculpserit picum avem, & sub pedibus ejus draconem marinum, & desubtus recludat herbam, qvam invenit picus, & portaverit, omnis porta ei aperietur, & vincula & claustra. Silvestres qvoq; feræ ei obedient, & ad domesticitatem venient; ab omnibus qvoq; diligetur & exaudietur; & qvicqvid voluerit acqviret & peraget. Mercurius maledictissimus paganus fuit, & ut Deus colebatur: ego autem Christum colo & invitè scribo de Mercurio. *Beatitatem Deorum!* Mercurius animal est Deo ignotum, ejus etiam natura. Genus enim virorum qvis inveniet? Hic nullus, imo fallax, Tu sapiens existens, instruens intellectum tradidisti in columnâ, *hæc autem natura:* Portans autem addiscet ea, qvæ sunt in Diis, claustra aperiet, & vincula solvet, omnes feras mitigabit voluntate

qvæ

qvæ eſt in cœlis, fluctus maris terribilis ſedabit, omnia dæmonia fugabit, bonusque apparebit omnibus hominibus. Mutabimus autem ad conſilium. Si fortè qvidem non inveneris herbam, qvæ aperit clauſum nidum pici, reclude ſub lapide ſculpto ſummitatem pennæ alarum avis & cor, & ſemen unum Dracontheæ herbæ, & lapidem vel cerebrum piſcis. Sic enim portata aciem oculis præſtant, cephalalgiam ſanant, & omninò paſſiones omnes oculorum & capitis expellunt à portante. Inſimul autem divitem & potentem oſtendunt eum omnibus hominibus.

(ELEMENTUM V. E.)

Ἔυζομον, Eruca, herba eſt.

Eulvi avis eſt aëdon .i. philomela.

Ἐχῖνος piſcis .i. ericius marinus.

Enanthus lapis.

Euzomon .i. Eruca herba eſt, qvæ inter olus comeditur, & omnibus nota. Echinus .i. ericius marinus itidem omnibus notus. Enlui avis eſt aedon, philomela .i. luſciniola, ſatis nota. Enanthus lapis eſt omnis coloris, hic autem refertur Veneri, qvoniam multicolor eſt. Eruca ergo calefacit, qvoniam error eſt apud multos, & non co-

gnoſcunt naturam uniuscujusqve herbæ. *Contra concubitum & erectionem:* Erucam ergo & rutam & agnum caſtum herbam Sacerdotes comedunt caſtitatis gratiâ. Nam viridis eruca reſtingvit multum concubitum, & freqventem erectionem, & inſomnia. Qvare Sacerdotes, cùm vice ſuâ ſerviunt templis, ſæpè hanc comedunt, & non cadunt in pollutionem. *Ad erectionem.* Seminis hujus ℥ IV. piperis ℥ I. cum melle manè & ſerò ſume, qvantum accipies cum duobus digitis. Si qvis autem jam ſit provectæ ætatis, & habet membrum diſſolutum & labens, faciet hoc: Erucæ ſeminis ℥ XVI. Cimini ℥ VIII. piperis ℥ IV. ἀνδράχνης .i. portulacæ ſeminis ℥ ij. trita & cum melle confecta, ſumat mane & ſerò, hoc incomparabile eſt.

Philomelæ autem oculi & cor in lectulo circumaptati inſomnes tenent jacentes. *Ut qvis moriatur ſomno:* Si qvis enim ea ſolverit, & latenter in potu alicui dederit, nunqvam dormiet, ſed ita morietur; ſolutionem vero non habet. *Ad Epilepticos:* Ericii marini medium umbilicum ſi ſolutum dederis ab epilepſiâ detentis, ſtatim alleviabuntur, da autem ſolummodò cum melle freqventer. *Ut ſis amabilis hominibus & notus*

& notus facundiâ, & gratus, & timearis ab hominibus & feris. In lapide Enantho cum auro ſculpe Venerem, & capilli ejus ac comæ capitis ſint alligatæ capiti, & ſubmitte radicem herbæ, & lingvam Philomelæ, reclude & porta, & eris omnibus hominibus amabilis, & notus & facundus, & non ſolùm hominibus, ſed dæmones & feræ fugient à te.

(ELEMENTUM VI. Z.)

Ζμίλαξ. i. roraſtrum herba eſt.
Zavkos avis. Zmirena marinus piſcis.
Smaragdus lapis eſt.

Smilax herba eſt fortisſima, quàm hederæ planta. (*Ad partum*:) Si corones eà mulierem difficilè parturientem, mox pariet absque dolore. *Ad prægnationem*: Si qua in prægnationibus patitur difficultatem cum dolore, circumcinge eam, & prægnabitur absq; dolore. Si autem ſucci foliorum ℥ I. & mellis aliam ℥. permiſcueris, & dederis hydropico, absq; periculo purgabitur: Mulier tamen ſi biberit, patietur fluxum ſangvinis. Zavcos vel Zeucos quoddam enigion (L. *ὄρνεον, ἢ ὀρνίθιον.*) alii Harpin dicunt. Eſt enim vultur is alba devorans cadavera. Zmirena marina nota eſt omni-

mnibus, & Smaragdus lapis notus. Harpis ergo inteſtinum ſi dederis alicui comedere, ſcindetur comedens, erit enim inſatiabilis. Inteſtinum autem ejus majus, quod dicitur κωλέντερον, tritum ſi dederis in potu alicui, aut aſſum comedere, colicam perfectè curabit. *Ad qvartanarios & leproſos:* Adeps autem ejus cum ungvento olei inunctus, qvartanam expellit. Fimus quoq; lepras ſedat cum aceto illinitus. Jecur autem ejus datum quantum vis, corrumpit ea omnia, quæ interiùs ſunt.

Ad omnem turbationem ſomniorum, & lunaticos & colicos: Smaragdus lapis eſt viridis pretioſus. Sculpe ergò in eo harpen avem & ſub pede ejus Zmirenam, & ſub lapide claude radicem herbæ, & porta contra turbationem & inſomniam, & ſtupores. Inducit & Lunaticis quietem & colicis. Melius autem eſt ſi adeps Smirenæ ſubmittatur. Hoc enim divinum eſt.

(ELEMENTUM VII. H.)

Ἠρύγγιον, qvod nos Eringium dicimus, herba eſt.

Ἡλιακὴ ſc. ſolis, ales eſt Φοινικόπτερος .i. habens alas puniceas.

Ἡ Φαί-

Ἡφαιστίτης Lapis est .i. Vulcanius s. emagines. Ἡδονὴ piscis .i. delectatio. Qvidam dicunt affidion.

Eringius herba est sicut calamus, nascitur spinosa, virtutes habet hujusmodi: Si quis enim radices ejus portat, dæmonū insidias non patietur aliquando. *Ut dæmon confiteatur, qvis sit, & unde? & ad ejiciendum eum.* Siquis autem Spiritum habet aereum, hujusmodi radicem pone sub vestimentis, & confitebitur tibi quis sit, & fugiet ab homine extraneus ei. Tota autem herba cum radice suâ potata cum aquâ & melle colicos mitigat. *Ad nephriticos, & lapidem, & stranguriam:* Si autem cum vino & melle, calefacta fuerit & potata, lapidosos & strangurioſos & nephriticos curat. Bibant autem per dies XVI. in lectulo manè. Si verò psidias roas (qui est cortex) malignanti calefeceris cum eâ, melius proderit. Idonis autem marinus piscis, qui & affidios dicitur, frequenter comestus dysentericos & dolores renum curat. In lapide autem Hephestionis .i. Vulcani, qui & pyrites dicitur, si insculpserit phænicopterum, & secus pedem ejus Scorpionem, & miserit sub lapide radiculam herbæ, habebit phylacterium

rium

rium & custodiam, vel Theriacam contra venenosas puncturas; fugat quoq; phantasmata nocturna, omnemque fascinationem, & facit etiam lapidosis. Prudentiæ gratiam donat & virtutem gestatus. Ipse gestavit Saturnius & Phaos in cœlis & in terris possidet aurum & argentum, disperdit infirmitatem & paupertatem crudelem, & mala vincula necessitatis, non Oraphos dimittens bonus, sed est cogens terram omnem & cœlum stelliferum verberans cum gradu fortunæ homines in tractibus eos ligans. Rex Saturnius quidam Kiranis in uno medio mutationibus incorruptis & indefectis κυλινδρώτης & revolvens in circulo, vertens omnia ab eoo in occidentem, in septem arcticis .i. borealibus tenens & movens omnia peregrina. Anima esto cōtenta & sufficiēs in his quæ agis deficiente tēpore; & quamvis post prægnationem sis, tamen mox Deum cognoscis in aëre, & nubibus, infirmitatem pateris super terra, in qua incola facta torqueris. O anima beata immortalis extunc existens cessa â laboribus corporeis; Illi qvanqvam affigaris in his, sed reqvire cœlestia, vel unde sit aqva? Si vis discere, exponam tibi omnia, qvæ jubes. Cœlum est aqva & ignis, stellæ visibiles, &

les, & tenebræ super divinos ipsos inenarrabiles. Et sphæra revolvens ab oriente ad occidentem. Occidit autem in Sphærâ vigilantibus ventis movens universa ex ponto. Fulgura reducit, & aerem solvit, percutit tonitruis, & micantem ignem fulminat, pluvias dat dulces, radices è terrâ educit, & dat omnem cibum utilem ventri. Et divina virtus, qvæ hoc educit, ipsa & occultat omnia, qvæ cum in terrigenis sunt, radices herbarum, qvæ extra sunt apud diversas generationes hominum, & pro qvadrupedibus, reptilibus & volatilibus omnibus, qvæ in nidis & cubilibus faciunt ultra omnia pro hominibus data sunt, benè colorata omnia & viridia. Sufficiat tibi, qvæ prædixi, prosaico sermone dico & ostendo tibi animæ divinationes de omnibus virtutibus, qvæ cum aperta, alia dicam. Dixi enim futura metro vel versu de præcognitione & reliqvorum sic animalium. *Ad præscientiam eorum, qvæ in cœlo & in terrâ, & qvæ in animâ qvis habet, & qvæcunq; in climatibus & civitatibus fiunt, & futura omnia hominibus.* Animal est in aere volans qvod vocatur ἔποψ, i. upupa septicolor, regnũ habẽs in capite, altitudine digitorum ij. qvod aperitur & contrahitur.

Ipsum

Ipſum autem eſt qvatuor colorum, ut ſit directum ad qvatuor tempora anni. Hæc avis vocatur cucubas, ſicut ſcriptum eſt de eâ, in priori libro, qvi vocatur Archaicus. Eſt autem hoc animal ſacrum. Accipe ergo hanc avem, & diſcerpe eam, & eâ palpitante degluti cor ejus, verſus ad Solē, in initio horæ primæ vel octavæ diei Saturni, Lunâ orientali exiſtente, & ſuperbibe lac vaccæ nigræ cum modico melle ex potatione. Vide ut ſanum & integrum rransglutias cor, & eris præſcius qvæ in cœlo, & qvæ in terrâ, & qvicqvid in anima habet qvis, aut qvicqvid in climatibus & in civitatibus fit, & ventura omnibus hominibus. Erit autem mellis compoſitio hæc: Mellis cotyla 1 magnetis viventis triti ℥ ij. & herbæ Eryngii cymæ ℥ vii. hæc contrita confice cum melle. Habeas & alium magnetem in quo ſculptus ſit çucubas .i. upupa, quem omnem in mellis compoſitionem intinge. Cum autem volueris præſcire aliquid, prægusta cum uno digito, & appone ſculptum lapidem magnetem circa collum, & præſcies, quicquid volueris. Si autem & ad aliud jecur & cor cucufæ mittes in confectione, melior erit, qvoniam memorabiliorem te faciet. Ut autem cor comedentis non

cor

corrumpatur à sexqvipedibus, qvia ille, qvi comedit mel istud & transglutiit cor, solet multos educere pediculos, necessium est, ut præungatur oleo isto: Olei cotyla j. Staphysagriæ tritæ ℥ ij. contere benè in unum, & habeas repositum & paratum; Cum autem opus fuerit, tùm in lectulo ungere. *Si itaq; præcognoscis, predic mihi, utrum anima sit mortalis, aut immortalis? Ille respondens ait: Audi fili! Multi falsi sophistæ errant in intellectu immortalis animæ, sed ipsa seipsam discernit. Qvid est, qvod corpus qviescit in lectulo & anima versatur in proprio loco, i. in aere, unde & eam animam suam sumus, & videt qvæ in aliis climatibus fiunt. Multoties autem ut mater filio compatitur & est sollicita pro corpore, in qvo habitat, ante tempus prævidet ac divinat futura sive bona sive mala, qvod vocatur somnium. Deinde reciprocatur ad corpus & proprium habitaculum, & surgens scrutatur. Hinc pateat tibi qvod anima est immortalis & incorporalis.* Sic enim *Harpocration* dicens in hoc loco complevit hoc elementum. *Kiranis* autem in aliis qvidem aliter dicens, & in aliis consentiens addit & de upupæ gustu, & qvod ex eà est præscientia omnium mundanarum rerum. Deinde dixit hoc. Qvoniam difficile est ad inveniendum caput & ultima radix eryngii, si

vis eam absq; difficultate invenire, taliter facias: Accipe ſemen eringii, & terram, in qvâ naſcitur, & mitte in vas figuli vel ligni terram, & ſemen ſupra aſperge aliqvantulum aqvæ, & qvando fuerit orta herba, & pervenerit ad maturitatem ſicut alii eringii, tunc jejunus & caſtus reqvire, ut decet, & invenies Gorgonis caput. Hoc ſerva & habe paratum. Accipe ergo phocæ marini piſcis pilos, qvi ſunt inter nares & os, & lapidem Jaſpidem viridem, & cor ac epar upupæ, & radiculas eryngii Gorgonis, & radiculam pæoniæ, & ſemen herbæ περιστερεῶνος .i. columbariæ, & mundanum ſangvinem Chryſanthemi .i. ſuccum herbæ plumariæ vel ſtœchados, & extremitatem cordis phocæ piſcis, inſuper autem & coronam capitis upupæ, melius eſt ſi habueris de omnibus prædictis ſpeciebus Qvæ cum modico muſci involveris cum thymiamate qvatuor ſpecierum, & mitte in corio ichneumonos, aut phocæ, aut cervi, corvi vel vulturis, & porta caſtè. Si autem deauraveris exteriùs, melius erit, acqvires enim qvæcunq; volueris, amatus à viris & mulieribus, apparebis autem & reverendus & pacificus & qvietus: feras domabis & inimicos reprimes. Si autem & lupi oculum dex-

dextrum mittes in prædictis, & feras vinces omnes per omnia & acqvires. Fugiens Dæmonia & feræ, & eris felicissimus, & sanus ac illæsus omninò. Ego enim & cogulum phocę permiscui, vincebam omnes inimicos meos, & invicibilis eram. Qvi enim portaverit hoc phylacterium, habebit à Deo dona, qvæ non speraverit, & honoratus erit undiq;, vincens omnes sermone & opere, eripiens ab omni periculo, & Dæmone, & veneficio, & omni malitiâ. Ultra dicam: *Omnia mala avertit, & bona confert*, Hoc qvoq; prognosticum, qvod tu cum Deo solo scias. *Hoc Elementum Kirani perfectum est.*

(ELEMENTUM VIII. Θ.)

Θύρσος *herba Dionisii.* *Thyr volucris.*
Thyrsites lapis. Θύννος, *piscis.*

Thyrsitis vel thyrsus herba Dionysiaca fructuosa, utilis per omnia. Thyr est avis similis accipitri pelagi efficaciam divinitùs habens. Thyrsites lapis similis corallo. Thynnus piscis est marinus, & comeditur, similis pelamydi, qvi magnus qvidem notus. Salkera est planta Dionysii. Ipsum thyrsum in festis Bacchi ponunt in torcularibus, terræ data est planta ad hilaritatem homini:

cujus nunc dicam virtutes. Utilis est in vino qvibuscunq; mortalibus datum est in torcularibus effundere. Hoc etiam pedestri sermone dicam: Videre vel scire terræ est hoc. *Ad gaudium & lætitiam in potu:* hujus plantæ si contriveris ℥ i. & lapidis ℥ i. & superdixeris nomen Dionysii, & mittes eam in lagenam vini, de qvâ bibunt omnes vinum, unum solum cyathum bibentes dissolventur omnes ut ebrii, & referentes gratias dicent: Lætificâsti nos Domine. *Unde bibant amici & recedant lætantes & gaudentes?* Si autem thirmæ (*L. thynni*) vel anthimiæ dextrum oculum mittes in vino, dissolvuntur in gaudium recumbentes amici absqve potu, & gratias referent sicut lætantes.

Ad discordiam in convivio: Si autem alam vel summitatem pennæ thyros volucris incideris cum gladio toto ferreo, & miseris in am[redacted] superdicens nomen Dionysiacum, & qvando vis fac spargere recumbentes, ut effundant sangvinem & adinvicem se verberent, & fit ita. *Ut sis absq; ebrietate, & ad omnem gratiam & salutem:* In lapide thyrsite sculpe thyr volucrem, & Dionysium[redacted] & sub lapide radicem herbæ reclude & gesta, & eris absq; ebrietate, & ab omnibhs gratiam habebis.

qvis

qvin absq; periculo & in palatio invincibilis eris. Est enim Dionysiacum hoc divinum, & vires Bacchi fundit ***. Sic enim Harpocration ***.

(ELEMENTUM IX. I.)

Ἰτέα .i. Salix, arbor infructuosa.
Jaspis lapis viridis.
Ἰκτιν, volucris .i. milvus. Ἰουλὶς *piscis.*

Salix est arbor infructuosa Jaspis est lapis notus. Ictin avis nota omnibus. Julis piscis marinus parvus varius, qvi facilè invenitur.

Salicis inqvam folia viridia tere cum modico sale, & superimpone dolenti spleni, & illicò cessabit dolor. Si autem vis *ut liqvefiat splen*, corticem fac bullire cum oxymelle, & jejuno da cochlearia duo, vel ita: facias bullire usq; ad tertiam, & dabis unicuiq; secundum propriam virtutem. In jaspide autem sculpas milvum dilaniantem serpentem, & sub lapide pone lapidem de capite milvi, & reclude, da portare in pectore, omnem enim dolorem stomachi fugabit, & appetitum comedendi & bonam digestionem præstabit. Habet enim & alias virtutes, portetur tantum in pectore.

(ELEMENTUM X. K.)

Κυναίδιος herba, lapis, avis, & piscis.

Kynædius herba est, qvæ & πεντεκρανον meretricis centum capita ἀφροδίτης. Kynædius avis, qvæ vocatur Iynx, sicut ait *Kiranus* in versu *Theocriti*, gratiâ exempli:

ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.
(*Per te, Iynx, meus ille domum vir qvæso trahatur!*)

Qvidam autem dicunt jugium alitem. Kynædius volucris est,& comedit sicut coturnix, retorqvens collum, sicut ait *Harpocration*. Hic habet tres lapides circa collum, lingvam habet longam, freqventer autem refertur ad Venerem. Kynædius piscis marinus, magnitudinem habet digitorum VI. caput habet latum ut uletinum. Pisciculus rotundus translucidi corporis, ut per corpus appareat ejus spina, sicut per speculum. abundat autem in maritimâ, Syriæ & Palæstinæ, & Syriæ Lybiæ. Hic ergo habet lapides duos, qvi & proprias habent actiones, sicut subtus dicemus. Sunt autem in capite. Habet autem & alium lapidem in tertio spondyli vel nodo dorsi versus caudam, qvi est potentissimus valde & requiritur

qviritur in corrigiâ vel ligaturâ ἀφροδίτης i. Veneris. Kynædius autem lapis ignotus erat, qvia rarissimus est, & vocatur opianus (ὄψιμος) .i. serotinus vel tardus. Est enim Saturnius. Iste lapis est geminus, vel duplex: Unus qvidem est obscurus & niger; alter autem niger qvidem, (*sed*) lucidus & splendidus sicut speculum. Hic est, qvem qværunt multi, & non cognoscunt eum: ipse est enim Draconis lapis. Si qvis ergo cum modico herbæ, & stercore vulturis fumum fecerit sub persicario, decident folia. *Ut membrum virile non erigatur, donec positum auferatur:* Si qvis autem sub pulvinario posuerit herbam, jacens non eriget, & si modicum tritæ herbæ dederis in potu viro, non eriget ad concubitum per VII. dies. *Ut Gallus non calcet gallinam:* Gallo da inde in furfure vel polentâ, & non calcabit gallinam. *Ut qvis unâ die sit* κύναιδος *.i. fornicator:* Qvod est in Kynædio pisce, in tertio nodo spinæ, si dederis in potu vel cibo, erit manifestus unius diei fornicator. *Ut gallus ascendat super gallum:* Si gallo dederis eum polentâ, super alios gallos ascendet, & super qvodcunq; masculum animal. Si ergo hunc lapidem acceperit, super simile

animal ascendet, ut fœminam. Omnia verò prædictus lapis facit. *Ad gratiam & amicitiam habendam:* Lingvam avis si portaverit qvis in petalo aureo, gratiam habebit & amabitur ab omnibus. *Ad molles:* Extremitates autem alarum, carnium dico, non pennarum, latenter datæ viro, aut alicui masculo animali, hic mollis fiet, & fœminina opera faciet. *Ad gratiam:* Dextrum autem oculum si qvis portaverit sub lapide sapphiro immaculato, in qvo sculpta sit Venus, erit gratiosus, & omnibus acceptus, in omni consistorio vincet. Idem autem faciet sinister oculus à fœminâ gestatus. *Ad suffusionem oculorum:* Sangvis ejus in petalo aliqvo collyrio & inventu suffundit oculos. *Ad tertianam & qvartanam:* Cor verò ejus Lunâ deficiente circumligatum, tertianarios & qvartanarios sanat. *Ad cephalalgian insanabilem:* Cerebrum autem avis latenter datum in potu vel cibo cephalalgian incurabilem sedat. *Ad Epaticos:* Epar autem ejus epaticos cum sale & aqva ebullitum sanat. *De cingulo Veneris Deæ:* Genus Veneris. Primus cestus .i. cingulum, & fortis mollificat corda hominum, & omnium animalium, & naturam maximè virorum, ut molles fiant & effœmina

nati, tactus vel portatus. Ampliùs autem: in opsario lapide sculpe hominem abscisa habentem secus pedes verenda posita vel jacentia, manus autem subtus contractas; Ipsum autem inferiùs tendentem ad verenda, post dorsum autem sit Aphrodite .i. Venus, dorsum ad dorsum habens, ipsa seipsam vertens & videns eum. Reclude ergo Cynædii piscis lapidem. Si autem non habes unum de iis, qvi sunt sub capite, suppones & submittes radiculam herbæ, & avis extremitatem alæ sinistræ. Reclude in capsellâ aureâ spatiosâ, pones autem eam in corrigiam nervi de ventre accipitris, ut sit tenerum, consuens in medio corrigiæ vel nervi, ut non appareat. Hoc est qvod pingitur in capite Aphrodites complexata corrigia, vel ligatura, quæ dicitur cæstus. *Ut masculus non erigat:* Si qvis tetigerit marem cum corrigiâ vel ligaturâ, non eriget; & si inscienter gestaverit, effœminatur. Si autem de lapide piscis gestaverit, luxuriosus penitus erit, non revertens ad naturam. Si verò mulier portaverit ligaturam hanc, nemo jungetur ei ad concubitum. Nam vir non eriget. Mensura autem ligaturæ, (*respectu*) latitudinis sit digitorum ij. longitudinis palmo-

 rum

rum v. *Alia præparatio Veneris:* Est qvoq; & aliud vas vel præparatio Veneris, qvam puro auro portant reginæ Veneris, & qvicunq; possunt alii. Similiter & hæc in ligaturâ, qvæ ex nervo componitur modô istô ne appareant lapides, sculpturam habentes, ut subjectum est. Primus autem sit (*lapis Sulphureus*) in medio corrigiæ vel ligaturæ lechnitis vel kerannitis habens sculptum Martem armatum: Huic cùm adamantes lapides sint insuti, habentes Venerem cum spinâ circa pedes. Deinde iterum ex utrâq; parte ypoptiros immaculatos duos, habentes Venerem cum capillis ligatam ad Amorem astantem. Iterum autem alios duos lapides ex utraq; parte, similiter Sardiniam sculptam habentem utrinq; simul Solem super qvatuor pullos, scilicet qvadrigam, & Lunam super duos tauros, unumqvodque unusqvisque lapis. Alios autem lapides duos ex utrisq; partibus insculptum habentes Mercurium cum virgâ sceptri in dextrâ: Alios autem duos anankitas .i. Veros Uniones seu margaritas albas: ex utrisq; partibus erachmitas .i. retinaculum habentes, Deam Nemesin super rota pedem habentem, & virgam tenentem. Alias autem duas margaritas imma-

immaculatas, habentes à duabus partibus nō sculptas & positas in cesto; ut plurimi lapides sint XIII. infixi in capsellis aureis, & sic in ligaturâ suti, ne videantur à turbâ. Est autem & ligatura dupla factam consequens autem ut & alius lapis portetur ad collum spensus, qvi dicitur σεληνίτης .i. Lunaticus, in qvo appareat augmentum Lunæ, & ejus divinum. Habeat autem insculptam Lunam, sub lapide autem selini .i. apii infructiferi radicem in capsellulâ aureâ. Hic autem portatur circa collum. *Ad actus mirabiles & magnificos*: Hoc mysterium gestatum divinum facit gerentem, & ab omnibus veneratur & colitur. Multi enim Regum subtus portant eum vel intus in coronâ ut cestum, ut à nullo conspiciatur. Selenitim autem in anulo gestatum eadem dicunt facere. Sed ut non destruamus librum, sufficiat sermo, qvia magnas habet virtutes. Qvare fili, cum multo studio & labore animæ exponens hæc scripsi. Scias autem hoc, qvod nullus alius habet. Qvare nulli des mysterium hoc divinum.

(ELEMENTUM XI. Λ.)

Λίβανος herba. Lyngurius lapis.

Lynx volucris eſt. Λάβραξ *piſcis eſt.*

Libanus herba eſt arboroſa, cujus gumma ſuffumigata excitant divinos Spiritus. Lyngurius lapis eſt circa montes Lingvos (*ita*) nominatus. Qvidam autem dicunt eum eſſe populi arboris lacrymam: bonus autem (*eſt.*) Lynx volucris eſt, quæ & Gyps, animal fortiſſimum. Labrax .i. valorus (*lupus*) piſcis omnibus notus.

Ex his conficitur molle collyrium ad omnem hebetudinem oculorum, ita ut in tribus diebus acutum faciat viſum; facit & ad initium ſuffuſionis, & anxillas, & albulas, & reverſionem, & aſperitatem & μυδρίασιν, *&* νυκτάλωπα, *& aqvaticos & pruritum, & ſiccitatem, & milvos, & angulos conreſtos oculorum, & ad multas alias paſſiones. Ad hæc omnia ſummè facit inunctum.* Confectio autem ejus eſt hæc: Thuris maſculi ℥ iv. Lyngurii lapidis ℥ ij. fellis vulturis ℥ vi. Labracis totum piper ℥ iij. mellis optimi ℥ vi. Hoc inveteratum melius foret.

Collyrium autem ex Kirano habuit ſic: Thuris maſculi ana ℥ vi. fellis labracis, fellis vulturis ana ℥ vi. piperis ℥ iij. mellis absq; fumo ℥ iij. In Lyngurio lapide ſculpe vulturem, & ſuppone parum thuris, & ſummitatem alarum volucris, & porta: proderit enim ad ſuffuſionem oculorum.

(ELEMENTUM XII. M.)

Μορέα arbor. Migrios avis.
Mydicus lapis. Mormyros piscis omnibus notus.

Morus est arbor omnibus nota. Migrios avis, est Nycticorax omnibus nota. Mydicus lapis refertur ad Venerem. Morineros (*L. μόρμυρος*) piscis marinus comestibilis & parvus. *Ad faciendam diarrhæan & evacuationem:* Succus radicis moreæ, datus occultè in cibo vel potu, purgat & diarrhæam præstat. Si qvis autem interiorem corticem radicis masticet, & salviam transglutiat, substantiam autem projiciat, diarrhæâ peribit ille. *Ad molarum magnos dolores & gingivarum prodest, nec finit eos corrodere, imò corrosos absq; dolore facit repleri:* Interioris corticis ℥ ij. in alio ℥ 1.** ℥℥ ** imperforati ℥ iij. aceti optimi cotylas ij. tere vel incide, decoqve ad cotylæ unius (*vel*) dimidii diminutionem; de hoc colluatur os manè & serò. *Ad fluxum sangvinis mulierum ex matrice vel ano:* Aperuimus & hoc divinâ virtute. Moreæ itaq; rami alii sursum sunt erecti, alii qvasi ad terram respiciunt, & habent oculos pullulæ præclaros & qvasi ovum. Si qvis ergo steterit erectus

super

ſuper pedes, & aſpexerit verſus ventum Lybicum .i. Africum, qvi flat inter occidentem & auſtrum, & cum duobus digitis ſiniſtræ manûs elevaverit cymam virgulæ rami reſpicientis ſurſum verſus orientem extendens & evellens, & in purpurâ verâ vel rubeâ involvat, & circumnectat, & tetigerit mulierem, qvæ patitur fluxum ſangvinis matricis, vel ani, in tribus diebus ſtabit fluxus. *Ad αἱμοπτοϊκοὺς*: Si vero oculum, qvi reſpicit deorſum, ſimiliter ut dictum, id eſt, ſtans evulſerit & alligaverit hæmoptoicos, tertiâ die ſtabit fluxus. Hæc ſunt qvæ vocitantur anacardia; ſanant qvidem ea, qvæ ſurſum reſpiciunt, inferiores fluxus in totidem diebus, & qvæ deorſum reſpiciunt, ſuperiores. Ad ſangvinis autem fluxum hoc eſt qvod dicunt ἀνακαρδίαν vel κατωκαρδίαν. *Ad enteridas, qvæ vocantur exophanæ vel ἐξοχάδες .i. hæmorrhoidæ.* Multi qvidem falſi Sophiſtæ errant: Ad enteridas autem, qvæ vocantur hæmorrhoides & exochades medicina paratur De omphaco moreæ fructus eſt, XII. Chalcitei ʒ xij. lapidis Indici ʒ IV. extremitatum alarum VII. corvorum & cum modico vino confice cum penna ejusdem corvi, ut ſit molle

molle & tenax ut gluten. Ad interiores hæmorrhoidas fac suppositoria vel clysteres; & ad exochadas fac inunctiones. Utere autem cum Deo hâc ligaturâ: In modico lapide sculpe mormyron piscem, & recludе in pyxide ferreâ, & submitte oculum moreæ sursum respicientem & porta! *proderit ad hæmorrhoidas omnes & anum!*

Ad hæmopticos & ad sangvinem narium & qvæcunq; passiones in superioribus. Præparatur qvoque cararthicum de radice moreæ. O morea potens herba, non pro paucis inducta! tuus enim succus radicis mixtus eqvi succo, stratiotæ persiæ herbæ radicis similiter .i. Saturejæ, similiter & succus tithymali, scammoneæ æqualiter, misce æqvaliter omnia, & triplum mellis decoque ad crassitiem ceroti, & abstractum reconde in ampullâ vitreâ, & da ex eo jejuno & diætato valde. Si autem dederis ultra magnitudinem phaseoli, qui hoc acceperit à cholerâ captus non vivet diem. Nihil superfluum in cibo vel potu des, sed secundum virtutem accipientis unicuiq; tribue.

(ELEMENTUM XIII. N.)

Nevκα herba. *Naucrates piscis.*
Nῆσσα, Avis. *Nemesitis lapis.*

Nekia

Nekia herba est florinus .i. tapsus barbatus: hujus herbæ species sunt VII. differt ergo qvantum folia, qvæ ascendunt supra terram brachium unum. Hujus folia comburunt in lucernis pro lychnis. Qvia hæc habent in νεκυϊκαῖς μαντείαις (.i. in nigromantia) qvæ fiunt in conchâ, quod faciunt hucusq;. Quare & herba hæc nekya dicitur. Nam νέκυς est mortuus. Νῆσσα .i. anas, volucris est natans in fluctibus ad gallinæ magnitudinem. Ναυκράτης piscis marinus est ἐχενηΐς i. habens navem, hic si adhæserit navi currenti, non sinit eam movere, nisi prius ultra frangatur, vel exeat arbor de loco suo *Ad podagricos*: Hic piscis totus in oleo decoctus ad ceræ crassitudinem, & colato inde oleo, & decocto ad ceroti spissitudinem cataplasmatus podagricos curat. Nemesitis est lapis elevatus de arâ Nemesiæ Deæ Atheniensium. Optimus lapis is. Sculpatur ergo Nemesis illa in lapide, habens pedes & super rota stans. Species autem ejus est veluti Virginis, in sinistrâ manu tenentis pirhin. i. brachium vel mensuram, & in dextrâ Virgam, & pede conculcet bovem. Subtus autem claude acronium lapidem & modicum moreæ.

Si ergo

Si ergo digitum istum ostenderis dæmoniaco, statim dæmon, confitens seipsum, fugiet. Facit quoq; & ad phantasmata & insomnia dæmoniaca, & ad pavorem infantium & timores nocturnos. Oportet autem gestantem abstinere ab omnibus contaminatis & immundis rebus. *Hic enim anulus portatus indicat qvantitatem annorum vitæ, & qvalitatem mortis, & locum:* Echeneidis piscis brevis qviddã ex ossibus si consueris in corio eqvi & habueris tecum, & ascenderis in navem, *non movebitur navis in aqvâ pro velo*, nisi auferatur, qvod positum est, vel exeas de navi. *Ad præscientiam vitæ & mortis*, ut paulò antè dixi, oportet te uti hieracis .i. accipitris prægustatione, vel præcognitione.

(ELEMENTUM XIV. Ξ.)

Ξίφιον herba. Xiphius lapis, Xiphius avis.
Ξιφίας piscis omnibus notus .i spatha vel gladius.

Xiphion .i. gladiolus, herba est, qvæ abundat in omni terrâ; folia habet similia frumento, at oblongiora. Nascitur autem in culturis cum frumento, qvam qvidam machæram .i. cultellum vocant, alii verò φάσγανον. Erecta autem ascendit à terrâ ut brachium unum; est autem unius rami, florem habet ceravinum, subcya-

neum .i. aureum olentem, subpurpureum.
Hanc pastores plectentes faciunt corona
tempore veris. Xiphias lapis omnibu
notus, hic in omni terrà abundat sicut la
pilluli, colorem habet sicut calenos. Hô
in Syriæ regione utuntur in incenso sacri
ficii qvadrupedum. Xiphius avis est hier
kinos .i. acipitris, qvi vocatur Kydos. Xi
phias piscis similis Julidi, varius est, & par
vus ac tenuis. Flos itaq; herbæ & radix
multum in vase olei vel dolio recondatur
& per aliqvod tempus permanserit, cum
abstraxeris & reservaveris, erit ungventum
qvod reqviritur in sacris libris, qvod vo
catur susinum in Melanitide regione. D
qvo antiqvi Prophetæ errant. Apud Sy
riam verò regionem planta Susannum vo
citatur, & apud Melanitida Susinum.
Hæc herba duas habet radices, unam supra
alteram sedentem. *Radicem itaq; superiorem*
qvis tritam dederit alicui cum vino in potu ad Ve
nerem, eriget: Inferiorem autem si biberit qvi
contrarium faciet & sine semine. Sculpe ergo
in lapide accipitrem, & sub pedibus eju
piscem, & reclude sub lapide radicem herb
& habe. Hic anulus est castus, sicut &
qvi gestant eum. Si itaq; habueris eum cir
ca te in oraculo videbis qvicqvid volueris

Et

Et si posueris eum in animali vel idolo aliqvo plasmato, oraculum dabit de omnibo, qvod volueris scire. Caput autem piscis suffumigio positum cum myrrhâ, velut dæmoniacos facit odorantes: Tu autem nares tuas unge ungvento valido, & nullo modo fies rabidus vel insanus.

(ELEMENTUM XV. o)

Ὀνοθύρσις herba est. Ὄρτυξ avis.

Orphos piscis. Ὀνυχίτης lapis omnibus notus.

Onothyris vel onothyrsis herba est, qvidam Ονομαλάχην .i. asini malvam, hæc est rosa, de qvâ plectunt coronas: folia habet similia malvæ domesticæ. Hæc à Græcis dicitur ἀλθαία.i.malvaviscus. Ortyx.i.qvallia, volucris est omnibus nota, non facilè tamen scitur natura ejus, qvare vel unum est ejus ignotum. *Cum enim hyemes fuerint magnæ in partibus desertæ Libyæ, mare magnos projicit thynnos in littore, hi verò vermes facientes per dies XIV. & aucti fiunt ut muscæ, deinde ut locustæ, qvæ augmentatæ in magnitudine fiunt volucres vel coturnices dictæ. Post hæc noto flante, i. austro, vel libonoto magnificante, transeunt maria in Pamphyliam vel Ciliciam & Hiberniam, & consequenter boreâ flante pergunt ad maritima loca Syriæ regionis & reliqva Melanitidis terræ.*

Sed abominabiles falsi Sophistæ dicunt eas pudica esse, ignorantes earum naturam. Orphos piscis marinus comestibilis. Onychites lapis vel Sardonychus omnibus notus.
Radix ergo herbæ decocta cũ oleo & adipe coturnicis .i. qverqveræ, deinde cerâ additâ *facit adindurationes matricis, & tumores ac ulcera, & prurigines, & omnes passiones muliebres alias in matrice.* Immittitur autem ad rosata *renum.* Facit autem & *ad Cheironia* .i. scrophulas. Oculi Ortygis .i. coturnicis cum radice herbæ circum appositæ *rigorem qvotidianum & qvartanum* mitigant in diminutione Lunæ. *Ad illusionem:* Ortygis avis vel orphi oculos solve cum aqvâ modico in vase vitreo per dies VII. deinde oleparum: ex hoc in lucerna modicum mitte vel licinium solum unge, accende & indue inter residentes, & conspicient semetipsos ignitos ut dæmones, ut unusqvisq; ab omnibus fugiat. In lapide onychite sculpe ortyga, & sub pedibus ejus orphum piscem & de prædictâ confectione pone sub lapide in capsulâ anuli. Cûm autem vis, ut non videaris, faciem tuam unge de prædictâ confectione, & anulum porta, & nemo te videbit, si qvid in domo feceris, nec etiamsi tuleris aliqvid de his, qvæ insunt.
ELE-

(ELEMENTUM XVI. π.)

Πολύγονον .i. *corrigiola vel multigenua, alii verò* χαμαίζηλον *dicunt.*

Porphyrius avis pluvialis, quæ in fluminibus abundat.

Πορφύρα *marina, qvidam Kirikium* (L. ſcoccium) *ſimilis echlo* (L. cochleæ,) *.i. limaci.*

Porphyrius lapis eſt notus maximè in Melaitide regione.

Radix ergo hæc ſublata in diminutione Lunæ & portata non ſinit oculos infirmare. Succus autem ejus præparatus, ut ſubjiciemus. facit ad multas oculorum paſſiones. *Multis enim paſsionibus ſubjacent & torqventur oculi hominum.* Et ut non diſcedamus, ſed inſiſtamus verbo: *Palpebris* accidunt *prurigio, lendes, pediculi, depilatio, implicatio pilorum,* Φαλάκρωσις, *grando, hordeolum,* σκληροδρῶν, μυωπίασις, *groſsities palpebræ,* & ſunt paſſiones XI. Circa ὀπισκύνιον verò *aſperitas, aqvatio, ulcus, capillatio,* & ſunt qvatuor. Circa *angulos* verò *ſcabies, ariditas, agchinos, aduſtio,* αἰγιλώπια, αἰγίλωψ, *ſerix, vaſtio, anavroſis* (L. ἀνάβρωσις,) & ſunt IX. Circa *totum cepe* vel ſphæram: Sit *Pterygium, albula,* ῥῆξις, μυιοκέφαλον, *uva viſûs .i.* σαφύλωμα, πάρεξις, αἱμαλὼψ, σραγγός. & ſunt

ſunt IX Circa *pupillam* ſunt *nebula, nubes, hebetatio, latitudo pupillæ, effuſio, effectio, defectio, atrophia* .i. ſine nutrimento, φθίσις, *glaucedo*, μυδρίασις, *geminæ pupillæ, hippaium* .i. *eqvorium*, (ſed L. ὁπώπιον) *metalopa, myops, obſcuratio* & ſunt XII. In totâ circumſtantiâ (*L. ſubſtantiâ*) oculi ſunt Φλεγμονή, Φιμωσις, χυμωσις, *combuſtio, ſuffuſio, apoſtema, comeſtio, ulcus, circumdolor, Pſydrakium*, & ſunt X. Species autem *rheumatis* ſunt. *lene*, λαῦρον, *ſubitum, calidum, dulce, frigidum, tepidum, tenue, acre, antiqvum & arenoſum, aluminoſum*, & ſunt rheumata XI. & paſſiones omnes ſunt LV. *Eſt autem præparatio confectionis ad omnia prædicta*: Succi herbæ ℥ VI. Licii indici ℥ VI. myrrhæ, croci, thuris, opii ana ℥ VII. acaciæ nigræ ℥ XII. aqvæ pluvialis ℥ V. Contere & repone in vaſe vitreo. Melius autem eſt vinum pro aqvâ ponere. *Hoc ad omne rheuma, & ad omnem paſſionem oculorum, & hebetudinem pretioſiſſimum eſt, reſtingvit enim omne rheuma. Inſuper etiam & ad omnes dolores illinitum in balneo, & ablutum, magnum eſt adjutorium. Ad hemicraniam*: Caro autem cruda porphyræ cataplasmata in fronte, hemicraniam mitigat. In Porphyro autem lapide ſculpe volucrem, & ſub pedibus

us ejus Kirikium & sub lapide mitte extre-
itatem alæ avis, & reclude ac porta ad
nem dolorem capitis, & omnem hemicra-
iam. *Facit autem & ad rheumatizatos*
ulos. In diminutione Lunæ fac anulum
collyrium.

(ELEMENTUM XVII. P.)

έμν© est herba.

omphea avis, est τυκτερίς .i. noctua omnib9 nota.

ιαφὶς piscis est marinus, sicut acum habens in ore.

Ρινόκερως lapis est varius, cornutus lapis, de
etremitate naris Rhinocerotis. Est enim ut cornu.

Si ramum itaq; herbæ posueris in domo,
mnia dæmonia fugient. Succus autem
erbæ & fructus cum melle oculo inunctus
isum acuit: Si autem solus apponatur, *al-*
uginem abstergit. Coqvatur verô ad spis-
itudinem. Sangvis autem nycteridis, cum
ucco herbæ & melle si inunxeris, *visum acuet*
& suffusionem auferet. Sculpatur autem
ycteris in lapide, & ad pedes ejus piscis
Raphis i. acus, & sub lapide radix herbæ
mmissa: *Qvi gestaverit, dæmonia fugabit.* Et
i posueris eum ad caput alicujus eô nesci-
ente *non dormiet.* Similiter autem & caput
nycteridis si abscideris viventis, & liga-
veris in pelle nigra, & apposueris lævo

 brachio

brachio alicujus, nunqvam dormiet, donec auferatur ab eo.

(ELEMENTUM XVIII. Σ.)

Σατύριον herba. *Στρουθοκάμηλος avis. Struthiogambarum vulgò.*

Σάλπη piscis. *Saphirus lapis.*

Satyrion herba velut ſpinoſa & toto thyrſo aſcendit à terrâ, altitudinis eſt palmorum duorum, plena ſemine, colorem habet ceravinum pallidum cum ſemine. Struthocamelus avis eſt nota. Salpe marinus piſcis, benè coloratus & notus, comeſtibilis. Saphirus Aphroditæ refertur immaculatus. Herbæ itaq; fit hujusmodi præparatio; *Ad diſſolutas & ſteriles mulieres, & concubitum, & qvæ habent ſperma aqvoſum, & liqvidum, & qvæ non poſſunt concipere, & ſunt aridæ & ſiccæ: Eſt enim hoc aridum & delectabile & conceptum dans:* Si ante coitum ſuperſperſeris membro virili melle perunćto, mulier ultra modum debilitatur. Si autem mulier ſic ungatur, intenſio actûs multa fiet: deſiccat enim naturam & facit conceptum, & ut ſteriles concipiant. Præparatur autem ſic: Satyrion ſeminis ℥ ij & ſ. piperis ℥ 1. Aluminis ſciſſi ℥ 1. *ſecundum alium vero librum* ℥ ij. Styptyriæ rotundæ

℥ ij

℥ ij: aromate aridis ℥ ij. reconde in vase & nemini tradas. Præparatio vel confectio aromate aridis fit ita: Costi ℥ iij. spicæ narci ℥ ß. (in alio libro ℥ iij.) carpobalsami ℥ iij. Amomi ℥ ß. alibi ℥ v. Garyophyllorum ℥ ij. Cassiæ ℥ ij. & ß. storacis ℥ v. opobalsami ℥ i. & ß. Rosæ exungulatæ ℥ iv. musci ℈ ß. ii. tere arida tenuissimè & cribra diligenter. Deinde storacem semotim diutius tere, hinc cum balsamo & cum rosis tritis de omnibus permixtis fac trochiscos: postea suffumiga & desicca eos in θυίνῳ musci arboris & storacis & mastychis & ortygis ungulis, & costi, qvibus desiccatis, repone in ampullâ vitreâ, & cum opus fuerit ad conceptionem, tere ij. trochiscos. Et hæc est confectio aromatis sicca, Struthiocamelus verò avis habet echidirum qvod dicitur suffuviũ aridũ, hoc tritum & datum in potu occultè, *amorem & luxuriam parat.* Lapis autem de echino .i. ventriculo struthi gambari cum uno grano de satyrione tritus & datus in cibo vel potu latenter, *magnam facit intensionem maximè eorum, qvi non possunt concumbere.* Ipse autem lapis solum ad collum suspensus, *bonam digestionem facit, & intensionem ad concubitum.* Salpes autem piscis dextri lapis timporis ejus por-

 tatus

tatus *intensionem seu erectionem facit.* Sinister autem lapis contrarium facit. Adeps verò piscis *delectationes magnas facit,* tritus vel solutus cum melle & inunctus in utrisque genitalibus. Sculpe ergo in lapide Saphiro Struthiocamelum in ore tenentem Sarpen, & suppone granum de Satyrio & modicum lapidis, qvi est intus in echino seu in stomacho Struthocameli, & modicum de ipso echino ejusdem avis, & recludens porta *ad omnem indigestionem, & tensionem & amorem. Convenit enim maximè qvi multo coitu uti appetunt & senibus. Facit autem & gratiosum gestantem.*

(ELEMENTUM XIX. T.)

Trifolium herba est nota.

Ταῶς .i *pavovolucris, est delectabilis & acceptabilis, qvam omnes cognoscunt.*

Τρυχὼν .i. *turtur, piscis est marinus omnibus notus, cujus bonum & pravum scitur.* (*similis.*

Taitis lapis est pulcherrimus, sicut & pavo, eiq;

Sculpe ergo in lapide pavonem, tenentem turturem marinum piscem, & sub lapide pavonis vocem .i. ajo, & radiculas suppone. *Est enim hoc magnum mirabile gestatum ad victoriam & pacem, & stabilitatem ac lucrum omne; Ut ipsum divinum lætetur in eo.*

Osten-

Ostendit autem in somno qvicqvid vis. Nam si sub capite posueris, in qviete magnâ, videbis in somno qvod voluisti. Hunc autem anulum nulli alii tradas. Tantus enim non invenitur. Lapis autem, qvi est in capite pavonis datus in potu cum proprio sudore, virginem, qvam volueris, acqvires.

(ELEMENTUM XX. Υ.)

Ὑπέρικον herba est stupendè bona, qvidam dicunt eam Dionysiacam .i. Bacchi & Jovis, προβατότυλος, est autem æstiva. Yperionis avis est aqvila fœmina, similis aqvilæ masculo.

Ymos marinus piscis notus comestibilis neqvam.

Yenos lapis est, qvi in fluminibus invenitur, lapillus est sangvineum colorem maximè habens.

Sculpe ergo in lapide Aqvilam dilaniantem piscem, & sub lapide mitte radiculam herbæ, & extremitatem pennæ alarum aqvilæ, & si non habes, mitte pennam accipitris, & claudens habebis magnum phylacterium *Ad omnes occursus matricis & obscurationes & sangvinis fluxum, phlegmones, & ultra ad omnes matricales passiones, præter ad casum matricis.* Da ergo patientibus mulieribus velut mysterium magnum.

(ELEMENTUM XXI. Φ)

Φρύνιον

Φρύνιον herba est, quæ dicitur βατράχιον i. rana, mala planta. Species autem ut apium raninum: nascitur autem in aqvis, combustivæ virtutis existens. Φρύνη volucris est, qvidam autem dicunt ictaerem, qvidam viridem, magnitudinem habet ut passer. Φώκη. i. vitulus marinus piscis, videlicet animal est marinum optimum, manus habens ut homo, faciem ut vitulus, vel bos. Φρῦνος lapis est, qvidam dicunt βάτραχον.

Herbæ ergo virtus est valida ut ferrum, videlicet *incidens apostemata, glandulas, scrophulas, & qvæcunq; purulenta sunt:* facies autem imponi tantùm emplastrum vel cerotum per tres horas, aufer, & invenies corpus designatum & læsum: in duris autem corporibus dimitte ampliùs. Post incisionem verò utere iis, qvæ mundant & abstrahunt, (*abstergunt*,) deinde sanativis. Est autem rosarium hoc: Batrachiæ herbæ ℥ IV. arsenici ℥ IV. cantharidum, calcitheos ℥ IV. lathyridon ℥ IV. cantharidarum pectus, ablatis alis & pedibus, ℥ VI. calcis vivæ ℥ I. alibi reperitur ℥ VIII. cedrini vel rosei vel costi qvod sufficit; Saponis Gallici ℥ IV. Tere diligenter, & fac emplastrum, & repone in vase vitreo: Utere, & observa ne imponas supra nervum, aut musculum,

& fa-

& facias spasmum. Facit autem *& ad ægilopas & trichasin .i. pilationem*, postqvam apparuerint ortæ, impositum. Phocæ qvoque pili, qvi sunt inter nares & os inventi majores & asperiores abstracti cum medio cordis phocæ, & corde upupæ & modico epatis phocæ & Chrysāthemi.i.stœchados, aut herbæ plumariæ, herbæ formicarum & Iyngos, struthii lingvæ, & modici musci in pelle cervinâ, & lupi dextrum oculum liga, & habe pro magno phylacterio, *& ad omnem amicitiam & constitutionem victoriæ. Solvit enim omnem inimicitiam, & confert amicitiam, liberat qvoq; & ab omni necessitate & difficultate temporis, & periculo, & ab omni tempestate, & fluctuatione marinâ, & â feris, & piratis ac latronibus in terrâ & in mari, & â dæmonibus & infirmitatibus; præbet enim sanitatem, & bonos actus, & bonum opus, tempus, & abundantiam omnium bonorum, & verè est Dei magna custodia*, maximè si habuerit Pæoniæ radicem aut fructum. Ungulæ autem manti-um phocæ portatæ vel habitæ omnes insidias & fascinationes abjiciunt. Nullum ergo inconveniens erit, & ungulam dextræ manus mittere in phylacterio. Pili autem phocæ positi in ungvento & circumaptati in corio vel in Zonâ, *omnem dolorem lumborum*

rum sanant & renum. Positi qvoq; in calceamentis *podagram curant & dysenteriam.* Similiter autem & adeps phocæ, permixtus ceroto roseleo, *podagricis prodest & arthriticis.* Si verò cor ejus ligaveris in arbore navis, *nunqvam naufragium patietur navis:* & si corium ejus in antenna vel arbore navis, *non patietur fulgura.* Avis autem comesta *ictericos sanat.* Ungulæ autem ejus suspensæ *frigus qvotidianæ, tertianæ & qvartanæ sanant.* Cor autem ejus in panno ligatum, & in brachiis gestatum, *tertianum, & qvartanum & ἀμφημερινὸν abjicit.* In Batrachite ergo lapide sculpe accipitrem, & secus pedes ejus batrachum piscem, & reclude lingvam batrachi, & radiculam herbæ & extremitatem lingvæ avis, & da portare cui vis. *Sistit enim fluxum sangvinis & asclepiadas, & ictericas passiones sanat. Facit etiam hæmoptoicis & qvi sangvinem spuunt, & ad fluxum mulierum, facit autem & ad actum furoris super iram inimicorum,* maximè si pili phocæ sint ibi reclusi. *Servat autem à venenosis puncturis.* Habet item & alios actus, qvos dicam: Accipe in lapidem, qvi dicitur hieratites, & sculpe in eo ἱέρακα .i. accipitrem, & ad pedes ejus vatrachū, & sub pede sculpe hoc: M *l ā a ā a*

qvod

qvod est *malaa*. Invenitur in alio libro sic: *Mer Gyf Rai maa ovaa*. & in magnete lapide vivente fac sculpturam hanc. *aaa* ꟿ *a*, *aaGyna*. alii autem habent ita ꟿ *aaaaa* & accipe accipitrem communem, qvem dicunt Circum, neca in aqvâ fontanâ, toties submergens eum qvousq; moriatur. Tolle ergo eum, & conde eum in myrrhâ per dies VII. tanqvam in Sale. Post dies autem VII. oculos, lingvam & cor liga cum lingvâ batrachi viventis, & duos lapides, sc: hieracitem & magnetem, & modicum limaturæ ferri, ut magnes vivat, liga in corio hieracis: Ligaturam autem phylacterii fac de nervis hieracis, sicut funiculum rotundum (vel retortum,) tenue & longum, ut gestatum ad collum contingat usque ad stomachum & cor, & *præscies omnia*. Hoc verò nec filio tuo dicas, vel doceas. *Apozema vel poculum phylacterii est:* Accipe lagenam novam vel concham, in qvâ est aqvâ prædicta ubi necata est volucris, & de illâ aqvâ tolle ℥ ij. & mellis ℥ i. & radicis libanotidis herbæ .i. roris marini ℥ iv. & hordeum priùs infusum aqvâ pluviali usque ad germinationem, ita qvidem ut appareat jam granum, grana XXVIII. & batrachiæ herbæ ℥ IV. libani ℥ IV. chamæleontis herbæ,

grana

grana iij. qvæ dicũtur Cnidius coccus. Hæc contere & coqve cum hydromelle donec fiat crassum ut electuarium, & repone in vase vitreo cooperiens habe. Qvando autem istud reponis mitte in eo cor upupæ: & sangvinem ejus, & demum alterum cor upupę ad hoc deglutias, & supra hydromel, & parum de compositione, *& eris perfectus omni tempore vitæ tuæ.* Bonum autem est, si & prædictos lapides intinxeris in eandem compositionem, & adeo indigenti tibi tribues, vel etiam anulum ita servabis, & eris perfectus. *Cum ergo volueris præscire qvæcunq; fiunt in mundo, aut in domo tuâ vel in alia domo de viro vel fœminâ vel latrone;* prægusta de compositione digitum unum, & bibe devotè, & postea hydromel, porta autem prædictum phylacterium circa collum, ut attingat cor tuum & stomachum, & eris præcognitor omnium. Qvæ volueris scire de vitâ viri & mulieris, actus & generationes, & sortes vel fortunas, & de latronibus ac fugitivis, ubi, & qvomodo sint, veluti Sapiens unamqvamq; rem scies, & cognosces & discernes.

(ELEMENTUM XXII. X)

Χρυσάνθεμον *.i. aureus flos, herba est omnibus nota.*

Χρυσέω πτέρυξ .i. *aurea penna, avis est ad ortyris magnitudinem.*

Χρύσοφος *piscis marinus comestilis, notus omnib9.*

Χρυσίτης *lapis varius, & quasi aurem.*

Flos ergo Chrysanthemi est aurizans, & ut calyx in medio floris ceu formicæ parvæ & nigræ, parvas alas habentes. Hic vocatur sangvis humanus. Hic ergo colligitur ante ortum Solis, Sole existente in ariete, & reponitur in vase vitreo & oleo rosarum & flore herbæ: deinde mane veniens, castè accipe modicum ex eo, & faciem tibi unge, & vade confitenter, *faciet enim te amabilem, & acceptum, & efficacem ad omnes, & per omnia.* Si autem Sole oriente hoc feceris, meliùs erit efficax. *Fasiet autem & ad gradus infortunatos inefficaciam & hujusmodi.* Radix ergò herbæ cum lapide de piscis capite circumligata in panno, *facit ad dolorem nascentium dentium parvorum.* Chrysepteris avis oculi suspensi *tertianarios sanant.* Cor qvoq; ejus circum suspensum collo *febrientes curat.* Lapis etiam capitis ejus ad collum appensus *phtisicos sanat.* In Chrysiti lapide sculpe avem, coronam rotundam habentem, & ad pedes ejus piscem, & subtus reclude radicem herbæ: *Da ad portandum*

E *contra*

contra dolores stomachi, & refluxionem matricis ac renum. Facit & portantem gratiosum ac per omnia amabilem. Facit & ad febricitantes, si in oleo mittatur & fiat unctio de illo oleo, Sole occidente. Habet autem & alias efficacias *Ad amorem bibitio:* Si infundis in vino & bibis. Si qvis etiam lapidem capitis piscis habuerit cum prædictis & *phtisicis proderit valdè.*

(ELEMENTUM XXIII. Ψ.)

Ψύλλιον herba est omnibus nota.

Ψύλλος marinus, parvissimum animal, qvô utuntur Piscatores qvod psallit per litus.

Ψάρος avis notissima .i. Sturnellus.

Psorites lapis, qvi & πόρος .i. vadum.

Herbæ itaq; seminis ℥ iij. aqvæ cotylas ij coqve usq; ad viscositatem, & per pannum exprime, & projice fæcem, & in aqvā illam, qvam collisti, mitte ceræ ℥ iij, olei ℥ vi. dein coqve ad liqvefactionem ceræ, & in pilâ diutius contere. *Hoc est enim divinum emplastrum podagricis, & ad lapidosos & insensatas carnes.* Si autem & in sangvine avis miseris lapidem, & unxeris faciem, *tertianarios & qvartanarios sanabis.* Si autem in prædicto succo herbæ ter immiseris lapidem, & unxeris patientes vel *cephalalgicos*

in

n facie, *servabis absq, dolore.* Psyllos autem marinus cum psyllii seminibus vinum panno ligati, & ad collum suspensi *rigorem tertianum fugant.* Psyllos autem marinos multos coqve cum aqvâ marinâ, *& asperge ubi multi sunt pulices, & ultra non erunt.* In lapide psorico sculpe psyllos marinos tres, sub calamo viridi manentes, & reclude radices herbæ, & da portandum *parvo cadenti, vt dentes terit.* Si autem piscator eum portaverit vigilando in die per flumen aut paludem *magnam capturam piscium faciet.*

(ELEMENTUM XXIV. Ω.)

Ὤκυμον omnibus notum, est planta comestibilis.

Ὠκύπτερος avis .i. velox pennis, venerabile animal, communis omnibus χελιδὼν .i. hirundo

Ὠμις marinus qvi sbembras, alius autem Kymoros, tenue animal qvidem est comestibile, qvod vocant μαινίδα.

Okirokios .i. velociter periens. Lapis est minor rite & resonus. Est autem planus tactu.

Cognovimus de plantâ ocymi, qvod habet actus magnos. Si qvis eam herbam manducaverit jejunus, & adhuc illotus, & posuerit eam sub divo per VII. noctes, qvo Sol non videat eam, die qvidem auferendo, & nocte ad serenum ponendo, inveniet Scor-

pionem VII. nodorum & viridem. *Iste si percusserit aliqvem, tertianarius inflatus morietur.* Si autem deposueris eum in aqvâ vel vino, & dederis eum in potu alicui, totum corpus ejus fiet marcidum & leprosum. Ex hoc enim fiunt ulcera insanabilia. Si verò triveris eundem Scorpionem cum semine Scorpioniæ herbæ, & feceris pilulas, eas postea desicca & repone in Vitro, & da alicui *epileptico*, non ulteriùs lædetur. Da autem per dies VII. ana tres pilulas jejuno in vino temperato. Si autem sano dederis, fiet Lunaticus, & erit insanabilis. Si autem succô ocymi herbæ cum stercore hirundinis inunxeris *tertianarios*, sanabis. Si autem pennam hirundinis & radiculam ocymi *dederis ad tenendum mulieri partu laboranti, illicò pariet sine læsione.* Pennam avis si miseris in aliqvo ungvento, *amorem & pacem habebis ab omnibus.* De communi autem Scorpione nil abscondam propter errorem insipientium. Error est enim in aere plantatus. Si ergo mittis Scorpionem communem in olei cotylam unam in diminutione Lunæ, & habes repositum, & unxeris alicujus dorsum & extremitates pedum ac manuum; dorsum verò unge à superioribus usq; ad inferiora, &

fron-

frontem, & caput ante horam accessionis tertianæ & quartanæ, & cottidianæ, *sanabis.* *Alleviat quoq; Lunaticos & Dæmoniacos.* Si autem pennam avis miseris in alio oleo, & unxeris sanatum, reciprocabitur infirmitas, & peribit. Assatus autem communis Scorpio & comestus à lapidosis, *facit mingere lapidem absq; tormento.* Κέντρον autem .i. stimulum Scorpionis, & ocymi herbæ extremitatem, in qua est semen, & cor hirundinis circumliga in pelle cervinâ, *& sanabis Lunaticos, & hoc autē phylacterium ejicit & inobedientes Dæmones, & exire compellit.* Prædictum autem lapidem solve cum succo herbæ & sangvine volucris, & uno capite Omidis, & parum aqvæ & repone in vase vitreo, & *cum volueris ostentationem virtutis facere*, intinge digitos tuos sinistræ manus vel dextræ, *& tange lapidem fortissimum qvemcunq; vis aut os, vel lignum, statim frangetur, ut videaris magnus esse* Si qvis autem caput recentis omidæ super carbones ad fumigandum posuerit, & de nocte sit hic super domum, *videbitur, qvod omnes stellæ concurrant.* Si qvis autem in plenilunio mittet caput animalis in ἰσχάδα, qvæ est ficus sicca, & ponat super ignem qvieto aere existente, videbit discum .i. orbem Lunæ veluti medietatem

cœli. *Alia ostentatio:* Si autem permiscueris ei parumper de astro, .i. stellâ marinâ videbis magnum Stichium, is est Dæmon Fortunæ, factum & stantem ad pedes tuos. Si autem & pyriten lapidem contriveris, & similiter superpones, *tonitrua & fulgura fient.* Si verò terram, qvæ ceciderit de domo super hominem, simul superposueris, *terræmotus fiet in loco.* Ὤμιδα autem vocant μαίνιδα, eò, qvod in humeris magnam virtutem habeat: nam ὦμος est humerus.

Habet autem & confectionem emplastri hujusmodi: De ossibus ejus .i. spinis, qvæ sunt in humeris Mænidum, mandragoræ poma, jusqviami seminis, opii, rosæ siccæ ana ℥ i. alicubi ulmeleæ corticis radicis ℥ iij colophoniæ mina .i. Sulphuris ℥ i. Nitri ℥ i. Compone ut compositionem, & emplastra cui volueris, & citò liberabitur ab infirmitate. Si verò feceris fomentum die unâ superpositum, & volueris aliqvod adjutorium afferre, nil valebit. Non enim transibit dies vii hæc est enim medicina superpositorum. Vocata est enim mænis, eò qvod habet confectionem mániacam hujusmodi. Accipe inqvam oculos mænidis, & mitte in vini cotylam unam in aliqvo lilio .i. Susino,

no, & si sic infundis per dies VII. deinde mitte in vino grana mandragoræ ℨ XIV. κυνοσβάτου .i. caninæ spinæ seminis ℨ IV. scorpiniæ herbæ ℨ IV. coqve ad medietatem, repone & utere. *Ad insanos:* Si videris aliqvem in mania existentem, da ei de vino ℨ i. cum aqvâ calidâ & salvabitur. In alio libro cotyla fuit. *Si cadenti & marinoso dederis* cum vino bibere, *alleviabitur.* Si autem cum aqveo collyrio immiscueris, & infusionem feceris, & *ad suffusionem oculorum* per dies VII. (*usurpâris,*) alleviabitur. Dolente autem in aure si dederis & immiseris, *surdus fiet.* Lapides autem, qvi sunt in capite mænidis, soluti cum felle alaniti nigri & minuti, *faciunt cernere ea, qvæ in tenebris sunt.* Si autem permiscueris modicum qvid magnetis viventis, & parum aqvæ pluvialis, & inunxeris, *videbis ea, qvæ sunt in cœlo & in aere per dies VII.* Sculpe in lapide hirundinem, & ad pedes ejus Scorpionem super mænida stantem, & sub lapide reclude oculos Scorpionis & mænidis & Scorpiniæ radiculas & porta! *Avertit enim omne venenum animalium, omnesq; inimicos & insidiatores humiliabit.* Si qvis *percussus* fuerit *à Scorpione* cum sigillo sigilla plagam, & mox sanabitur. Si qvis *a rabido cane* fuerit *morsus,*

factus ὑδροφοβικὸς, bibere neqvit pretiosiorem lympham. Accipe ergò anulum & mitte in aqvam, & da ei bibere, salvabitur, & si ante maniam dederis, non fiet maniacus. Si qvis autem Mænidis lingvam pubens mænis existentis dederit alicui solutam cum aqvâ, mittens autem anulum intus, dederit bibere *insano*, *salvabitur*. Si autem sobrio dederis, furens & insanus fiet. Hujus solatio est, mænida assam da ei comedere, fiet homo ignorans prædicta omnia. *Ut fatur Kyranida divina hominibus.*

Sic Harpocration hunc librum complevit, & alterum librum ejus ex iis, qvæ dicuntur Kiranidæ, *nos non invenimus. Sed in hoc qvidem ingvam dissonans fuit Harpocration à Kirano, vel alter ab altero: (sed) per unumqvodq; capitulum nos recollegimus ex utroq;, ut subjectum est, & composuimus librum, nil prætermittentes. Nunc autem transibimus ad alios Kirani libros, ut ab eis proficuum habeamus.*

(SEQVITUR

II. KIRANIDUM LIBER, SEU ALPHABETUM SECUNDUM.)

Ἀιξ

AIξ, i *capra fœmina omnibus nota*, qvæ & oraculum dicitur: ut si qvis pelliem capræ circumponat alicui *epileptico*, & ducat eum secus fluvium aut mare, mox corripietur cadens & tremens ac patiens. *Ad dysentericos:* Sangvis autem capræ calefactus in igne & comestus dysentericos sanat, *& eos qvi venenosas potiones bibunt, efficaciter salvat, & hydropicos perfectè liberat.* Fel autem cum melle sine fumo inunctum, *curat caliginem, ἄργεμα & pterygium.* Splen qvoq; capræ comestus assus *dysentericos curat.* Fimus autem ejus bibitus siccus cum vino & melle *dysuriam adjuvat*, & stercus ejusdem solutum cum pultibus, & super aspersum ulceribus, *percussos à phalangio vel serpente, vel prestere, sanat.* Cum vino etiam veteri coctum & superpositum, *tumores articulorum, & genitalium, & uberum, & lumborum perfectè sanat.* Cum melle verò solutum, & liqvefactum, & emplastratum eos *sanat, & omne venenum abstrahit.* Splen autem capræ recens & calidus acceptus in nomine patientis, & impositus *Splenetico* super splenem, & fasciatus unâ tantûm die, postea sublatus, demum infirmus suspendat eum ad fumum, vel Solem, vel ad ventum, in qvantum

ſplen capræ deſiccatur, in tantum & patientis ſplen minuetur. Hœdi autem ſplen bibitus eos, *qvi ab ipſis ſerpentibus percuſſi ſunt, ſanat.* Coagulum verò ejus bibitum vel comeſtum aſſum *dyſentericos ſanat:* elixum verò cum gallis & olivis, & comeſtum *fluxum ventris ſiſtit.* & ſplen ejus feræ qvoties aſſus comeſtus, *ſpleneticos curat.* Corium ejus in ſufumigio combuſtum *Lethargicos excitat, & eos qvi cadunt ab epilepſiâ, & qvæ habent matrices ſuffocatas.* Et pili ſuffumigati *idem præſtant.*

Βοῦς .i. *Bos fœmina omnibus nota.* Hujus ſtercus acceptum ſiccum tere, cribra, penſa unam ℔. ceræ ℥ vi. braſſicæ ſucci ℥ vi. vel iij, in alio: Ova cruda iv. Olei optimi ℔.i. terenda tere liqvanda deliqva, tunc ſolutis atq; depoſitis & liqvefactis, mitte ova, & diſſolve diutiùs. *Ex hoc emplaſtro ſpleneticos, epilepticos, hydropicos, & ſimiles curabis; ſimiliter & hydrocelicos, & podagricos.* Hoc abſconde qvoniam magnum eſt. Si autem ſtercus ſolveris cum aceto, & ungis aliqvem locum aut *vas mellarium, formicæ non aſcendent.* Ungulæ verò bovinæ elixæ & cum ſinapi comeſtæ *reſiſtunt omni veneno, ut nihil aliud.* Fel autem bovinum *clavos carnis noſtræ rumpit, & ſplendificat faciem.* Fimus autem

tem ejus subfumigatus sub sellâ patientis, *partum celerat, & secundinas educit.*

Βατραχος .i. *Rana, animal notissimum.* Hujus lingvam si qvis absciderit, eamqve vivam dimiserit, & superscripserit in lingvâ sic: *XV Vox. chuoch, eosa* ⩕ *Hyogi. edammoph.* & latenter dormienti mulieri illata, *dicet mulier qvicqvid egerit in vitâ suâ.* Cinis verò ranę cum pice emplastratus alopeciam inspissat. Cum aceto autem impositus *omnem fluxum narium, & ulcerum, & sexuum sistit. Venas etiam & arterias & combusturas sanat.* Si qvis autem acceperit viventem ranam in nomine alicujus, qvãdo nec Sol, nec Luna sit super terram & cum forpice absciderit ejus duos pedes posteriores, & ligans in pelle cervina, dextrum dextro pedi, sinistrum sinistro pedi alligaverit, *podagricos sanabit absq; dubio.* Si qvis vult *abjicere pilos totius corporis,* pellem ranæ comburat, & mittat in aqvâ balnei & projiciet. *Ad alopeciam* cinerem parvularum ranarum cum molli pice impone, & sanabis alopeciam.

Γαλῆ .i. *mustela parvum animal cunctis notum.* Hujus lingva desiccata & sub calceamẽtis gestata *obmutescere facit omnes inimicos.*

Alius

Alius liber habet, *oblivionem & malam mentem emendat.* Si autem inveneris aliqvando mustelam projectam mortuam, accipe, & coqve eam cum oleo usq; dum liqvefiat, & colans oleum, mitte ceram, qvæ sufficiat, & fac emplastrum, *& habebis permagnam medicinam ad arthriticos, & ad omnes nervorum paßiones, & phlegmones pedum & articulorum, & omnem rheumatismum. Sanat autem & scrophulas magnas, & ubera, & testiculos, & apostemata, ad Chirurgiam meditatum & bubones.* Testes autem ejus sunt conceptorii, & sine conceptione: Si qvis ergo dextrum testiculum solvit cum ungvento, & cum lanâ in pessario ponat, ut dictum est, & concumbat, *mox concipiet.* Sinister autem testiculus in pelle mulæ ligatus & portatus, *inconceptivum est.* Oportet scribi in pelle mulæ nomina hæc: *In orą .i. idacvia.i.joa. Q.a.*VIII. *rrayo og.j.voi koox* ʒ. *1. coochi.* Si autem non credis, proba in gallinâ, qvæ parit ova, & non pariet. Testiculos autem ejus abscide in deminutione Lunæ, & vivam eam dimitte, & testiculos da ferri in muli corio, *inconceptivum est, & invictum, & amatorium.* Sangvinem autem ejus serva in aceto, & da occultè epileptico, qvousqve consummetur, sanat perfectè.

Δορκάς

Δορκάς .i. caprea, est animal qvadrupes, habẽs virtutem conceptoriam. Si ergo volueris conceptum magnum facere, & intransgressibilem, fac sic: Satyrii .i. Satyrion seminis ℥ iv. fellis Dorcadis liqvidum totum; mellis ℥ iij. Solve & repone in vase vitreo. Cum autem opus fuerit, da merechidi, ex eo passa, & fiat concubitus. Si autem masculum vis concipere, masculi fel accipe, si fœminam, fœminæ. Est enim delectabile valde. Si verò desiccatum est, superadde mel, qvod sufficiat.

Ἔχιδνα est serpens, & est animal tortuosum, omnibus notum. Qvidam autem capiunt eam vivam, & mittunt in ollam rudem cum Sale, & mittunt eam in camino nocte & die, donec frigatur; & permiscentes aromata faciunt ad omnem infirmitatem eam resistere: *Elephantiosis, leprosis, podagricis, epilepticis, paralyticis, & ad omnes desperatas passiones medicatur Sal.* Adeps autem echidnæus *visum acuit, & omnem hebetudinem oculorum.* Oculi autem ad collum suspensi *omnem ophthalmiam curant.* Dentes autem *ad odontalgian, & parvorum dentes nasci absq; dolore faciunt.* Fugat autem hanc lapis Gagates fumigatus, imbibitus autẽ morsus ejus sanat cum cervi medullâ.

Ἐχῖνος vel Echidrius terrestris .i. *spinosus porcus, animal est neqvam valde.* Hunc cum ceperis, & salsum ac passum feceris, ut magnam medelam habeat: Fel tamen ejus projice, qvoniam malum est. Caput autem ejus combustum, & cum melle inunctum, *alopeciam spissat.* Passati verò corporis ejus qviddam datum in potu *aridum, epilepsiam, tremorem, scotomiam, cephalalgiam, & qvæcunque sunt hujusmodi sanat; & renes etiam ac lumbos.* Da autem ʒ i. alius liber habet ʒ i. Corium autem ejus combustum & tritum *alopeciam sanat.* Totum autem corpus ejus cum visceribus veluti carnem porcinam Sale condias, & desicces. Præter fel & intestina, deinde contere benè & repone. Da autem bibere cum oxymelle ʒ i. *elephantiosis, hydropicis, & anasarcicis.* Similiter autem & epar, & renunculi, & cor, & pulmo passata *eadem sanant.*

Elurus i. Gatta cunctis nota. Si itaq; spasmetur, vel cadat epilepticus, aut scotomaticus, vel apoplexia capiat aliqvem, & jaceat homo supinus & resolutus, & extemplò superposueris ei gattam vivam, *statim recedat ab eo spasmus, vel scotoma, vel apoplexia:* Dic tamen & nomen hoc freqventer. *Rubis ba. Q. U. i. couelthe.* Stercus autem ejus

cum

cum oleo liliaceo inunctum *febrem sedat* cum sinapi & aceto arido tritum, *alopeciam inspissat.*

Ἐλάφων .i. *cervorum species sunt tres.* Notum *autem animal est.* Et una species vocatur πλατύκερως .i. habens cornua lata & excelsa; Secunda autem rotunda cornua habens; Tertia fœmina. Huic non potest masculus misceri nisi juxta fontem. Cùm enim sitit, qværit fontem, & cum bibit flagranti siti & appetitu magno, tunc masculus ascendit super eam: coacta enim desiderio bibendi fugere neqvit. Nam alio tempore non patitur concumbi: Illicò ergo concipit. Hoc autem animal viveret annos qvingentos, nisi caperetur. Veri inqvam cervi, qvi habent cornua rotunda, limaturæ cornuum cochlearium unum da, cum hydromelle per dies VII. *Colico, & perfectè à passione sanabitur.* Fel autem cum melle *conceptum facit.*

Z*avra genera tria sunt: unum dicitur* ἡλιακὴ *.i. Solaris; aliud* χαλκῆ, *ærea: tertium* χλωρὰ *.i. viridis. Solaris autem nota est omnibus.* Hujus dextram manum si qvis gestaverit ad collum in aureâ capsella, habente scriptum & hoc nomen: *hava.ba.Ga.b.i.aulusare.*

Fugiet

Fugiet omnem difficilem infirmitatem, & nunqvam tentabitur ab infirmitate, qvanto tempore portaverit eam. Oculi qvoqve abstracti eâ vivente in nomine patientis, & ad collum gestati *omnem ophthalmiam sanant*, dimittatur autem Saura viva. Si autem duas, fœminam sc: & masculum inveneris commiscentes, & ceperis, ac sexum abscideris, & desiccatum in potu dederis, *fiet amicitia indissolubilis*; & qvandocunqve concumbunt, si corium, aut pannum super eas projeceris, *erit gratiosum valde*. Cauda autem gestata *erectionem facit*. Epar autem ejus *clavos sanat* supra emplastratum. Fel autem ejus in vino putrefactum per dies XI. ad serenum & ad Solem in diebus canicularibus, *pilos palpebrarum exstirpat & exterminat*. Solaris lacerta eadem potest qvæ & viridis. Si ergo feceris clavos duqvæ & viridis. Si ergo feceris clavos duos & excæcaveris cum eis Σαῦραν, & miseris eam in rudem ollam, habentem terram virginem, dimiseris q; eam sic per IX. dies, cum aperueris postea ollam, invenies videntem Sauram: hanc ergo dimitte vivam. De peronibus fac duos anulos & porta, & in dextro dextrum oculum mitte, & in sinistro sinistrum, & reclude in eis lapidem carbunculum, qvi ἄνθραξ Græcè,

in alio Jaſpidem, habentem ſculptam Sauram ad ventrem ſuum replicatam, & inſcriptum *zibem Q. a. y. i. pyram*: Deſubtus autem ſit nomen hoc: *Kaka, Fas. id eſt cacaſas.* & porta. in alio erat ſic: *Kor. dff e o. c. à. b.* illæſus enim eris oculis, omnibus diebus vitæ tuæ, *ophthalmicos* ſanabis ad tactum anuli, & ſuſpenſionem colli.

H*μίονος mulus.*) Mulæ ergo typos. i. cerumen, qvod eſt in aure ejus, in pelle ejusdem ligatum, & ad collum ſuſpenſum, *inconceptivum eſt omninò.* Si autem cerumen occultè dederis in potu mulieri, non concipiet aliqvandiu. Similiter & ſi de matrice coxeris cum aliis carnibus, & dederis latenter comedere, *nunqvam concipiet.* Si qvis habet frigidum catharrum, & oſculatus fuerit nares burdonis, ſanabitur, etiamſi κόρυζαν habet. Si qvis autem acceperit occultè urinam muli, & coxerit cum cera, oleo, & lithargyro, emplaſtraveritq; pedem *podagrici*; homo qvidem ſanus fiet, burdonis vero pes dolorem habebit; ad mulierem fac de mulâ.

Θύραπος *vel phalangium aut araneus*, animal parvum eſt ſex pedum, araneas in parietibus texens, notum omnibus, qvod di-

citur thyraphos, acceptus in nomine patientis, & in cerâ confectus, & fronti emplastratus *tertianum rigorem expellit.* Si autem eum vivum in fistulam, vel calamum miseris, & ad collum suspenderis, ἐφημερινὸν *sanat.* In modico roseo vel nardo coctus *aurium dolorem sanat, & scissuras etiam pedum;* Araneæ qvoq; tela *sangvinem fluentem de venâ sistit.* Araneus autem, qvi in arboribus facit telas, magnus & niger major albo, acceptus in nomine patientis, & circumaptatus, *scrophulas incipientes sanat.* Albus autem araneus cum animali in calamo missus *ophthalmiam sedat, & rheuma sistit, & qvæcunq; ex superfluitate accedunt.* Si qvis autem decoxerit araneum, & exinde caput vigilantis unxerit, *somnum inducet.* Si autem in telâ albi aranei involveris granum Salis, & imposueris *perforato denti*, sanabitur.

Ἵππος, *Eqvus est animal regale, velox, omnibus notum.* Hoc autem nato illicò accipe nebulam, vel lapidem de fronte ejus, qvem pastores eqvorum hippomanes dicunt, & porta eam velut *amatorium magnum:* nam si solummodò tetigeris aliqvem cum eâ, vehementer te amabit, & si in potu dederis eam alicui bibere, idem operaberis; & si in-

in cibo qviddam, omnino amaberis. Fel autem eqvi dulcoratum in vase plumbeo, magnas actiones parat datum in vino homini, & *qvietem inducit*. Jumenti autem lac, inunctum cum melle, *albulam delet*. Ungula ejus suffumigata *mortuos fœtus educit*. Suffumigata etiam *partus accelerat*. Fel autem cum melle illinitum *visum acuit*.

K*άμηλος animal est notum.* Camelæ ergo fœminæ lac non coagulatur, & si permiscueris ipsum cum alio lacte, *nec id coagulabitur*. Fel autem cameli coagulatum in vase plumbeo usqveqvò dulcescat cottidianum ornat in cibo & *gratiosum facit*. Fimus autem ejus combustus, & cum oleo immixtus, *alopeciam ac fluxum capillorum ex infirmitate perfecte sanat*. emplastratum, ut dictum est, *hydropisin evacuat per urinam*. Arida qvoq; & trita stercora ejus & superaspersa aqva ac bibita *dysentericos sanat*. Suffumigata etiam *contrarietates abjicit*. Cerebrum autem ejus cum roseo inunctum capiti anteriùs & posteriùs, totumq; corpus, *epilepsiam sanat*. Qvod est admirabile & excellentissimum.

(Κύων, *canis*.) Catulus parvus cum adhuc lactat, si consenserit vel qvieverit ja-

cere cum antiqvo in fimo, & Chronico in infirmitate suâ, & cubuerit super pectus viri, vel mulieris, aut parvuli, & continuè jacuerit in lecto, catulus qvidem morietur, infirmus autem *à Chronica infirmitate evadet.* Splen autem canis superpositus splenetico in *splene, sanabitur*; fimus autem aridus tritus & in potu datus, *ictericos & dysentericos sanat.* Cum melle autem iunctus gutturi & corpori, *sqvinanticos perfectè sanat.* Occultè autem detur ad omnia, ignorante infirmo: bibitus etiam *hydropicos perfectè sanat.* Combustus autem fimus in testâ figuli & cum roseo *scissuras ani sanat.* Thymus autem *exochadas exstirpat.* Cum therebinthinâ superpositus *& œdemata & hæmorrhoidas curat.* Cum roseo verò *ad ulcera putrida & incurabilia*, maximè cum ceroto roseo. Cum oleo qvoq; *ad apum & vesparum puncturas.* Si autem cor canis qvis teneat in sinistrâ manu, aut lingvam in panno ligatam, *omnes canes obmutescent & fugient.* Glauci canis ut sunt, oculos cum magnete lapide, & cum opsiano.i.vespertino lapide, fac confectionem ut sicci collyrii, & serò commiscens & movens, *videbis ea, qvæ in obscuro fient.* Si infirmatur aliqvis, cum modicâ pastâ absterge faciem & maxillas, & bubones, scilicet in-

gvina

gvina, pedes & manus, & des cani ad comedendum, & si comederit canis, vivet infirmus, sin autem, morietur: pasta verò sit calida.

Κύων ποτάμιος *seu canis fluvialis, qvi & Castor dicitur,* hujus testiculi sunt, qvi dicuntur castoreum. Castoreum ergo tritum, & in pessario positum, *menstrua educit.* Bibitum verò cum cerumine, qvod exit de aure mulæ, *inconceptivum est.* Inunctum autem, *mollificat nervos, & siccitatem vel ariditatem aufert.* Cum vino qvoq; inunctum *suffocationes matricis sanat.* Cum oleo pigamino (*fortè leg.* πηγάνου) submissum *colicos sanat.* Pellis verò ejus pro sotularibus gestata *podagricos sanat.* Castoreum esum in accessione qvartanæ, si detur ℥ i. *qvartanarios sanat.*

Κροκόδειλος *terrenus omnibus notus est. Est enim animal qvadrupes lati capitis, longæq; caudæ.* De hujus pelle combusta si qvis fecerit ξηρὸν .i. aridum pulverem, & superasperserit membro comburendo, vel incidendo .i. *qvod debet comburi vel incidi, absq; dolore fiet.* Si qvis autem fixerit Cocodrillum, & unxerit se de eo, *qvæcunq; vulnera, vel plagas recipiet, nullo modo sentiet.* Dentes autem ejus

dextri abstracti, eoq; vivo dimisso gestati, *intensionem vel erectionem prabent;* Sinistri autem mulieribus: si verò utriq; adaptentur, facient incontinentiam. Stercus quoque cum oleo illinitum, *faciem splendificat:* Cum felle verò mixtum & inunctum *albulas aufert.* Sangvis autem ejus inunctus hebetationem perfectè curat.

Λύκος) *Lupus, est animal sylvestre, versutum.* Sangvinem ergo si qvis biberit, *maniosus fiet, & non ultra sanabitur.* Oculus ejus dexter latenter gestatus *magnos actus faciet: fugient enim à portante omnia qvadrupedia, sylvestria & domestica, & transibit per medios hostes, nemoq; eum tanget.* Alter liber habet, *videbit. Facit etiam vincere omnem causam, omniaq; phantasmata abjicit, expellit qvoq; omnem rigorem febrium.* Pellem autem lupi nunqvam ovis calcabit. Epar autem ejus siccum & tritum, & cum μελικράτῳ bibitum *epilepticos perfectè sanat, & Lunaticos ac maniosos.* Κυνοδόντας autem ejus, .i. caninum dentem si suspenderis ad collum *Lunatici* vel expavefacti in die & in nocte, vel per somnium terribile, liberatur. Dexter autem oculus lupi, & primus spondylus vel nodus caudæ insimul & prope gestata in vase aureo,

reo, *potentem & gloriosum faciet gerentem, & honorabilem ac victorem & divitem, & acceptũ, & à mulieribus valdè amabitur & amplexabitur; nec qvi hoc gestat, ophthalmiam patietur, imò ophthalmicos oculos sanat.* Fel autem ejus calefactum, & modicum coagulatum *oculos inunctos purgat super omne collyrium.* Si autem os de collo lupi ligaveris ad collum ὀπισθοτονικοῦ, *i. qvi habet posteriorẽ spasmũ, sanabitur.*

Λαγωός, *Lepus est animal qvadrupes, velox & in fugâ vertigines faciens.* Hujus sangvis calidus inunctus *podagricos pedes sanat perfectè.* Circa lumbos autem calidus positus vel immissus *nephriticos sanat.* Confectus autem in pulte & comestus *dysentericos reparat, & corroborat.* Pulmo autem ejus minutatim incisus, & palpebris impositus *tumores oculorum sedat, & chimeda* (L. χημώσιν) *sanat.* Cor autem ejus in byssino, (al. in albissimo) panno involve, & ad collum suspende, *qvartanarios perfectè sanat.* Renunculi qvoq; ejus in condito, vel melicrato bibiti, *nephriticos curant.* Fel autem ejus adipe Vulpis & nardo liqvefactum *surditatem sanat.* Si autem in pessario cum succo althææ vel malvæ mittatur & oleo, *conceptionem adjuvat.* Cum succo verò

prasſii .i. porri, & irino ungvento immisſum *mortuos fœtus ejicit.* Coagulum qvoq; ejus cum propoli ſolutum & repoſitum, *puncturas & morſus venenoſos curat.* Stercus autem ejus cum vino ſolutũ calido *ſciaticos* (L. ἰσχιαδικοὺς) *omninò deſperatos ſanat, & colicos:* Similiter cum pipere tritum & bibitum *nephriticos curat.* Pili autem ejus combuſti & triti, & ſuper combuſta loca ſparſi, *ulcera mundant, & cicatrices ſanant, ut & pilos educant:* Et cum albugine ovi ſuperpoſiti *omnem fluxum ſangvinis ſiſtunt.* Pedes qvoq; viventis Leporis circumſuſpende in nomine patientis, *ſanabit arthriticos, anticos* (*L.* ἀντιάδας,) *podagricos & chiragricos perfectè;* dextrum vero ad pedem dextrum, & ſiniſtrum ad ſiniſtrum. Cerebrum autem Leporis inunctum in parvorũ gingivis, *absque dolore educit dentes.* Tota autem pellis leporina cum auribus & ungulis combuſta, & pulvis ex eâ cum condito calamo datus *Lethargicos perfectè ſanat.*

Μῦς, *Mus hoſpitiatus omnibus notus.* Hujus caput combure cum adipe porcino vel urſino, & cinerem tere, & inunge *alopeciam, & ſanabitur.* Totum autem murem ſi combuſſeris, & in vino ſolveris, &

modico

modico nardi aut rosei, *antiqvum dolorem aurium mirabiliter sanat.* Stercus autem ejus cum aqvâ solutum & inunctum, *uberum duritiam, & dolorem, ac tumorem solvit.* Superspersus verò *exochadas delet in tribus diebus:* Oportet autem eos prælui cum vino. Cum aqvâ qvoq; illitum *lepras & lichenas curat.* Si viventis muris caudam, pedes, aures, & nares absciderıs, & in panno ligaveris, ac ad collum suspenderis, *omnem typum & rigorem antiqvum febrium mirabiliter ejicit.* Si autem per os muris cum filo miseris, & per foramen extraxeris filum, *colico sanitatem dabit.*

Μύρμηξ.) *Formicarum species sunt VII. Una est omnibus nota: aliæ verò sunt longi capitis & magnæ, colore nigræ: aliæ verò sunt tenues, & graciles & rubræ, qvæ dicuntur Zinyphes: aliæ magnæ & latæ: aliæ campestres & mediocres: aliæ qvoq; εὐόδιαι .i. bonæ viæ, & sunt parvæ: aliæ autem μυρμηκολέοντες, .i. formicæ leoninæ, magnæ ac variæ & alatæ, & carnes comedunt, sed citò moriuntur.* Omnes autem forcipe decapitatæ & attritæ, ac in palpebris positæ, *hordeolos sanant.* Sic & campestres, qvæ frumentum comedunt, æqvaliter faciunt. Si qvis autem XI. formicas cum succo asphodeli

decoxerit, & in potu alicui dederit, ἀνεκτὸς .i. *remissus erit omnibus diebus vitæ suæ.* Elixatura earum infusa μυρμηκιὰς .i. formicarias cadere facit.

Νύκτερις *est animal qvadrupes omnibus notum, volat ut hirundo, parit autem ut qvadrupes, & lactat filios.* Hujus sangvis inunctus loca palpebrarum, de qvibus evulsi sunt pili, non sinit alios pilos renasci. Si qvis autem caput ejus cum panno nigro ad brachium dextrum ligaverit, *non dormitabit, neq; dormiet, usq; qvô portaverit ipsum,* & cor ejus gestatum *magnam vigiliam præstat.* Si verò sangvinem ejus qvis susceperit in panno, & fœminâ nesciente posuerit sub capite, si jacuerit cum eâ, *mox concipiet.* Habet & alias efficacias, qvas nunc tacebo, non enim oportet eas publicari.

Xilonatis *qvædam avis.* Cichonatis *species est parva crocodili.* De hujus frixurâ qvis inunctus, sine dolore facit eum ad verbera. *Est autem & magnum amatorium.* Comesti autem Cocodrilli velut pisces *impudentes & inverecundos faciunt comedentes.* Stercus autem illorum *hebetudinem oculorum & albuginem sanat.* Similiter & sangvis. Dextra autem mola gestata *erectionem facit:* Sinistra

verò

verò mulieribus deficcationem æqvalem.

Ὄνοι, qvi sub hydriâ inveniuntur, animalia pusilla sunt, multipeda, qvæ in exprimendo συνιδροῦσι .i. consudant. Hæc cum roseo vel nardo decocta *dolorem aurium sanant*. Si autem qvis cum acu punxerit eas, & tetigerit dentem, *dolorem dentium sanat*, & sunt valde utiles.

Ὄνος, *Asinus, omnibus notum animal qvadrupes;* habens virtutem hujusmodi: Fimus enim ejus *omnem fluxum sangvinis sistit*. Sangvis autem asini viventis cum succo serpentariæ & cocodrillæ (*forte L. condrillæ*) & inunctus oleo *qvartanarios sanat*. De subtiliori autem ferro, qvod fit ex freno asini, sine igne anulus factus & gestatus *fugat dæmones, & avertit febres: mulieribus qvoq; magnam Venerem præstat*. Si qvis dormierit vel qvieverit super corium asini, *nulla dæmonia timebit, nec etiam Gelo, nec Gillu, .i. strigas, aut nocturnos occursus*. De ungulâ verò dextri pedis anterioris si feceris anulum, & dederis gestare *Dæmoniaco, salvabitur eâdem die*. Ex anteriori autem parte dextræ auriculæ ejus si ligaturæ phylacterium feceris, & dederis ad portandum *mulieri, sangvinis fluxum patienti, eâdem die salvabitur*. Lacrymâ verò asini cum oleo concussâ, & permixtâ,

& in

& in lucerna accensa, *omnes in convivio residentes videbunt se capita asinina habere.* Pilis autem auriculæ asini combustis, & tritis, inq; potu mulieri datis, *non qviescet πέρδειν βδέειν .i. pedones facere: solutio autem ejus rei est*, si asinæ fœminæ pilos combusseris, & ad potandum dederis. Si qvis autem *à Scorpione percussus* fuerit, & dixerit in auricula asini: qvantum Scorpio me percussit, percussus qvidem sanabitur, asinus autem morietur. *****. Habet & alias efficacias.

Πρόβατον, *Ovis omnibus nota.* De hujus sevo ac medulla fit sapo cum cinere *συκίνῳ*, vel qvercus: confert enim ad multa. Alius verò, hujusmodi habet actiones. Si ergò dextrum ejus cornu secueris, & pectinem ex eô feceris, dextramq; partem capitis vel hemicranii cum eâ pexueris, *curabit eam.* Cum dextro namq; dextram partem pecte, & sinistro sinistram. Sole existente in ariete, fimum ejus collige & desicca, & *ad capitis dolorem* cum aceto illinias, *& alleviabit.* Vermes autem qvi sunt intus in cornu, *ad amorem* sunt efficacissimi, in potu dati. Cornua qvoq; suffumigata *matricis suffocationem aperiunt.* Pulmo autem

tem

sem ovis jejuno comestus *absq; ebrietate servat, & qvantumcunq; biberit, non sentiet.* Epar autem ejus recens & vaporans maxillis mulierum impositum, *coloratam & præclaram reddis faciem.* Sebum autem ejus in pessariis utile est. Pulmo autem agni siccus & tritus, & in potu datus, *qvi à veneris læsi sunt, sanat.* Fel autem & sangvis agniculi *epilepticos sanat.*

Ῥινόκερως *animal est qvadrupes, simile cervo, unum cornu habens magnum circa nares.* aliter erat: *nec capitur nisi odore & formositate mulierum speciosissimarum. Est enim animal lascivum in amorem.* Hujus cornu vel lapis qvi nascitur, in ejus naribus gestatus *dæmonia ejicit.* Testiculi autem ejus, aut genitale membrum bibitum viris & mulieribus, *incitat vehementer concubitum.*

Μύαγρος .*i. Aper sylvestris.* Hujus testiculi bibiti *Venerem incitant.* Stercus autem ejus cum aceto solutum *erysipelata sanat* : & fel similiter. Coagulum apri bibitum *facit ad omnia mortifera* : est autem Theriaca.

Σκίγγος, *animal terrestre, simile Crocodilo, in Melanitida regione invenitur.* Extremitas caudæ illius & renunculi ad Venerem allevant membrum in potu dati. *Sala-*

Salamandra animal est quadrupes, major quàm sit lacerta vel Saura viridis: est autem in orepibus & stirpibus degens. Cor ejus gestatum sine timore *contra ignem facit gerentem, & audacem contra incendium, & incombustum.* Animal ergo in camino vel igne missum *omnem flammam extingvit*: & si suspenderis ad collum febricitantis, cor ejus, *statim extingvetur febris.* Et si mulier circa genua ipsum gestaverit, *nullo modo concipiet, nec menstrua sentiet, imò extingvetur.* Si autem in pelle nigrâ ligaveris ipsum, & suspenderis ad cubitum, *tertianum, & hemitritæum, & qvartanum, omnemq; typum febris aufert.* Combustus verò cinis ejus aspersus μυρμηκίας, *.i. formicationes extirminat, & clavos pedis eradicat, & extrahit velociter.*

Ταῦρος, *omnibus notus & audax.* Hujus fel cum testâ ovi solutum & inunctum *cicatricem ejusdem* coloris facit. Cum aceto lotum *lepras nigras sanat, & furfures capitis ejicit, & lentigines, & nebulas* (nævulos) *mulierum purgat, propter pueros qvi sunt extra.* Non solum enim ipsum animal est forte, sed & circumposita in eo virtus interiùs pervenit. Et si homo gestaverit eum, *sciet omnia.* Similiter & capitis cornua non habens,

habens, si eum portaverit, *oraculum dabit, & conjurantes & exorcissantes confitebuntur, & manifestabunt, ac dona magna imponent in loco illo.* Accipe hieraca, .i. accipitrem pelagi & neca eam in aqvâ, & tolles eorum oculos, condes cum myrrha & croco, & desicca eos in umbra sine Sole: Cadavera eorum sepelias in terrâ, in qvâ es, & gerens sive sit homo, sive aliud qvid, accipe oculos & porta. Cum melle autem junctum fel ut puto, *stomaticos perfecte curat.* Cum irino autem ungvento in duplo mixtum, & in pessario appositum *ducit menstrua multa eâdem die.* Cum amaracino autem ungvento & aphronitro immissum *fœtus mortuos educit.* Per se autem appositum ano, vel umbilico, fel ampliùs qvam clystere evacuat ventrem: emplastratum umbilico, *lumbricos educit.* Fimus autem tauri *fluxum sangvinis narium stringit, & alopeciam inspissat, & capillos ex infirmitate cadentes sistit.* Sangvis autem ejus aridus commixtus cum oleo illitus omphacino, & inunctus, *canos capillos denigrat;* sit tamen taurus niger. Cum autem mortuus fuerit taurus post dies VII. facit vermes, qvi in XXXI. die fiunt apes mellificæ, qvas collige in vasis.

Τεύγε

Τράγυ .i. *Hirci* ſangvis aridus cum gallis & balauſtiis in cibo datus *dyſentericos ſanat.* Similiter recludc in ſigillo aureo rotundo cum lingvâ ranæ, & cinnamomo & muſco, & conſue in corio cervino, circumliga, vel ſuſpende in ſculpturâ vel idolo, *& erunt in loco illo θυσίαι vel ſacrificia .i. miracula famoſiſſima.* Facit autem & in hoc communis accipiter: hoc autem valde abſconde. Sevum autem renum ejus elixatum cum farre, aut ſpeltæ ſucco, immittitur *ad eadem.* Laudanum autem barbæ ejus .i. mumia, vel yſopos (*L. œſypos*) aut ſudor ſuccidus collectus, *facit ad alopeciam & caſum capillorum* cum vino & oleo omphacino; cum aceto autem illitum *cephalalgiam ſanat.* Sebum qvoq; cum viſco & ſandaraca emplaſtratum *ungulas ſcabioſas eradicat.* Si qvis unxerit nares hirci ungvento, & triverit manu ſuâ ex eo, faciet eum ex delectatione ſperma projicere; de hoc ſpermate ſi unxeris membrum hominis, *tenſionem habebit magnam, & inexpugnabilem à muliere aliqvâ.*

Υ*αινα eſt animal qvadrupes, ſylveſtre, bifidum; hoc enim animal naſcitur fœmina, & poſt annum fit maſculus, deinde per alterum annum fit fœmina, & aliqvando calcat, aliqvando ſuccumbit, & parit, & lactat. Habetq; virtutes has.*

Fel

Fel autẽ animalis hujus dulce exiſtens, efficaciam habet ad oſtentationem: Conficitur autem ex eâ oſtentaculum magnum. Compoſitio autem hæc: Glauci piſcis oculos, & ejusdem hyænæ oculos dextros, & hyænæ totum, qvod eſt liqvidum, ſolve inſimul omne, & repone in vaſe vitreo optimè cooperiens: Si ergo vis oſtentaculum magnum facere, fac in lucernâ poſita, cujuscunq; vis reptilis, vel qvadrupedis adipem miſce, cum modico compoſitionis prædictæ, & ſi unxeris inularion vel chinariton, & oſtenderis præſentibus ſerò lucernâ accensâ, putabunt illam feram eſſe cujus eſt adeps, ſive leonis, ſive tauri, vel ſerpentis, aut alîus alicujus. Si ergo vis oſtentationem vel phantaſiam facere, adipem cujuscunq; vis animalis vel feræ cum puſillâ parte confectionis ſuper carbones ardentes pone in mediâ domo, & apparebit animal, cujus adipem permiſcuiſti. Idem autem facies de volucribus. Si autem de undâ maris modicum permiſcueris in confectione, & aſperſeris inter convivas, omnes fugient, putantes mare in medio ſui eſſe. Si autem ſacrificaveris vel mactaveris hyænam, Lunâ exiſtente in Geminis, vel Virgine, & dederis de pulmone ejus

calido elixato occultè, *Lunaticos curabit.* Cognovi hoc & admiratus sum *in epileptico,* qvi freqventer cadebat, sed postea non cecidit. Da autem ʒ ij. vel iij. Vidi autem confectionem & expertus sum eam. Habet autem & aliam præparationem. Fel enim *ad hebetudinem, diaconasim, initium & ictericorū suffusionem nebulæ & nebularum lippitudines prodest, & amalfos* (L. λημαλέες).*i. lippos.*

R. Fellis lucii ʒ vi. indici ʒ ij. Opob. ʒ i. myrrhæ ʒ iij. Succi hieracindis .i. accipitrariæ herbæ seu lactucæ sylvestris ʒ viii. piperis ʒ i. mellis ʒ vi. Solve omnia diligenter, & fac collyrium molle, repone in vitreâ ampullâ, & utere. Si autem *hydrophobico,* aut ei, qvi rabido morsu tactus est, & axungiam hyænæ dederis, salvabitur: Dabitur autem ignoranti. Si verò duos oculos viventis hyænæ extraxeris, & ligaveris ad duo brachia, in purpureo panno, *abjicies omnem timorem nocturnum, & strigum, qvæ necant infantulos, & insidiantur concubitui vel partui. & omnis dæmon fugiet.* Venter ejus siccus & tritus, & irino ungvento mixtus ac unctus *curat colicos, & qvi ex multâ evacuatione spasmati sunt, & articulorum dolores tollit.* Dexter autem pes si circumligetur fielæ & detur ad portandum; *cum da hydrophobo, aut*

morso

morso à rabido animali, mox salvabitur. Epar autem ejus comestum *qvartanarios sanat, & tremulos ac cardiacos;* omnibus autem da latenter. Si qvis autem lingvam ejus gestaverit in sinistro calceamento, & ambulaverit, *obmutescent omnes homines & canes;* est enim obmutivum. Reticulum autem ejus cum oleo liqvefactum, *omnem timorem curat.* Medulla verò spinæ ejus inuncta, *omnem dolorem lumborum, & dorsi sanat.* Arvina ex ossibus lumborum suffumigata, *qvæ in partu laborat, (ei) citò partum largitur.* Hyænæ qvoq; vesica arida & trita in vino potata *mingētes in lecto sanat.* De pelle autem ejus parū gestatū, vel subtelare inde factum & calceamentum *podagricos, genuagicos, chiragricos, & arthriticos curat; omne etiam rheuma oculorum, & ophthalmiam sedat.* Cum melle autem inuncta *visum acuit,* pellis autem hyænæ *canes fugat,* ante portam suspensa, *omnesq; insidias avertit.*

Φ*ωκη animal est qvadrupes;* habet virtutes multas. Nam cerebrum ejus bibitum *Dæmones expellit:* Caput autem ejus combustum, & cum cedrina junctum, *alopeciam, omnemq; passionem curat.* Dexter autem oculus, gestatus in corio cervi, *amabilem & fortunatum facit, & potentem:* Similiter & cor

 pota-

potatum & coagulum *omnem difficultatem avertit, & omne bonum confert.* Si autem pilos narium in corio circumligatos portaveris, majores & asperfos dico, & in medio inimicorum ingressus fueris, *omnes ut amicum te salutabunt.* Lingva sub calceamentis portata *victoriam parat.* Adeps verò *omnem tumorem, & dolorem articulorum sanat.* Pellis qvoq; ejus præcincta *renes, & ischiadica loca confirmat.* Caro ejus comesta, & sangvis ejus cum vino bibitus siccus latenter, *omnem epilepsiam, & maniam, & scotomiam, omnemq; passionem sanat.* Epar qvoqve & pulmo, & splen arida & in potu aspersa *similia sanant, omnemq; passionem.* Ossa qvoq; suffumigata *partum accelerant.* Fel autem cum melle inunctum *omnem ophthalmiam curat.* Cerebrum qvoq; bibitum *sacrum morbum sanat.* Si qvis autem cor phocæ, & extremitatem lingvæ, & pilos naris, dextrumqve oculum, & coagulum ligaverit in pelle cervina vel phocicâ, & gestaverit, *vincet omnes in mari & in terrâ, fugietq; ab eo omnis infirmitas & passio, & infortunium graduum, omnisq; dæmon acsera: Erit enim beatus, fœlix, dives & dilectus.*

Φρῦνος *est species ranæ in aridis degens.* Hic si spuerit in homine, mox fiet totus decapillas

pillatus; Sangvis verò ejus venenum eſt pilorum. Multæ rubetæ decoctæ in oleo cum cymis thymi, & praſsii, & ſqvillæ per tres dies continuè in camino balnei, podagricos ſanat.

Χαμαιλέων *eſt animal, ſimile crocodilo, unâquâq; horâ diei permutans colorem ſuum; faciem habet Leonis, pedes & caudam Crocodili; colorem habet varium; hic à capite usq; ad caudam habet unum nervum ſolum ſolidum.* Qvo abſtracto in nomine patientis, & ligato ad collum, *ſpasmum poſteriorem ſanat.* Fel autem ejus dulcificatum *ornat cottidianum.* Alia autem membra ejus omnia æqvaliter operantur, qvæcunq; facit fel phocæ & hyænæ. Cum radice autem chamæleonte retenta vel portata lingva & bugloſſæ, *obmuteſcere facit inimicos valdè.*

Ψαμμοδύτης *eſt phalangium, qvi & harpocration dictus eſt.* Qvoniam qvot habet membra, tot virtutes & utilitates, *ut curet epilepſiam, alphœam, pedes, elephantiam, &* ὀφίασιν. Et utiliſsimum, & valdè commodum eſt animal.

Ψύλλος, qvi in littoribus invenitur cum roſeo decoctus vel albo vino, *dolorẽ aurium ſedat.* Pſyllos. i. pulices marinos marcos in

aqvâ marinâ elixos cum psyllio herbâ, & asperge elixaturam in domo, & *fugient* ex eâ *pulices semper.* Si autem piscator utitur psyllio in escâ piscium, fruetur piscibus: liget autem eam cum pelle Delphini.

ϖά, *Ova aranei,* inventa incipiente vere in viis, & ipsius etiam phalangii ova si acceperis in nomine patientis, & in panno nigro ligaveris, sinistroq; brachio suspenderis, *tertianum & qvartanum rigorem & amphimerinum sanat:* Oportet autem ea accipere Lunâ deficiente, temperataq; in piscibus, die Sabbathi circa nonam horam, in amphimerino I. in hemitritæo II. in tertiano III in qvartano IV. & suspende ad collum vel cubitum. Sunt autem & *accelerativa partûs* fumigata & circumligata.

ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΑ HUJUS LIBRI IN A.

Ἄρκτος, *Ursus, ferox animal est, & hispidus, similis homini per omnia & astutus, & conatur pergere erectus.* Unumqvodq; membrum ejus facit ad unumqvodq; membrum hominis in medicinâ. Ossa ergo capitis illius suspende *ad omnem cephalæam:* Cerebrum ejus comestum *epilepsiam sanat:* Oculi qvoqve *omnimodam ophthalmiam curant:* Aurium ejus

ejus cerumen cum oleo ros. *omnem dolorem aurium sanat:* Dentes autem *dolorem dentium;* Suspensi in pueris, *sine dolore dentes educunt.* Oculi autem ejus gestati *gratiosi sunt.* Fumigati & portati pili verò *Spiritus malos, omnemq; febrem fugant.* Ungulæ dextræ manus portatæ *omnem febrem ejiciunt.* Epar autem ejus siccum & solutū ac superspersum *epaticos sanat.* Nervi autem pedum & manuum habiti *podagricos & chiragricos adjuvant.* Stercus autem ejus cum aceto illitum *visum acuit.* Cor ejus portatum *hilarem, & divitem, ac potentem facit.* Adeps autem ejus cum Laudano & adianto inunctus *alopeciam sanat: Similiter autem supercilii & barbæ raritatem,* cum gallâ tritâ & chalcantho .i. Vitriolo, & cedriâ, & lychnithiri allitus. Per se qvoq; adeps *parotidas & scisuras, & echimethla sanat.* Summitas autem ejus masculini sexûs in pulvere supposita matrici, ut tangat os *matricis, suffocationem aperit:* Habeas autem eum paratum ξηρὸν. i. in pulvere. Fel cum melle bibitum, ut cochlearlum unum, *epaticos perfectè curat.* Corium verò ejus *pulices fugat* à loco, in qvo ponitur.

Ἀλώπηξ .i. *Vulpes, animal est sagacissimum, & sapiens, ac fœtidi oris, gallinas comedens.*

Si eam ceperis vivam, & in oleo vetustissimo decoxeris ad carnis consumptivum, ejus unctione *arthriticos, podagricos & ischiadicos antiqvos curabis mirabiliter.* Et cum caperis eam, dic: ad hoc capio te. Testiculus ejus dexter siccus & tritus, & in potu superspersus, amoris potus est mulieribus datus, & sinister viris. Extremitas autem ejus suspensa *tensionem magnam facit*: Similiter qvoq; trita & in potu data latenter: & testiculi sicci bibiti idem operantur. Da verò qvantum cochlearium unum, tantum enim invictum est, & intensionem præstat competentem & innocuam. Cum duos testiculos animalis abscideris, animal qvidem vivum dimittens, curabis & suspẽdes; nam si aliqvem cum illis testiculis tetigeris, *statim assentiet*: Qvidam autem immittunt eos in *ἰσχίον* hirci. Si autem illius mentulæ extremitatẽ in vesicâ, aut in pelle ligaveris, in qvâ superscribes nomen hoc cum encausto syrminizato: *♃ pp g l' XICI .i. tinbin ilithi*, & suspenderis, *illæsè concumbes.* Sangvis autem ejus *renum dolorem aufert* calidus distillatus. Renes ejus comesti & bibiti *Venerem impellunt & excitant.* Epar autem ejus siccum tritum, & cum oxymelle bibitum, *spleneticos perfectè curat*: ut & splen ejus gestatus

Epa

Epar ejus cum vino propinatum *asthmaticos sanat.* Pulmo verò ejus *dysniam* assatus & comestus *curat.* Adeps autem ejus *alopeciam perfecte sanat.* Stercus autem ejus in pessario immissum cum roseo *conceptionem facit.* Cor autem ejus gestatum *à fascinatione custodit.* Dens vulpis appensus *ad eschâras prodest, & est aptus pueris dentes mittentibus.* Cum asphalto autem & oleo omphacino perunctis ungulis ejus in roseo & permixtis, oleum positum in pessario *suffocationes matricis aperit perfectè.* Testiculus tritus cum ceroto *parotidas sanat.* Si membrum ejus cum panno in capite ligaveris, *cephalalgiam, hemicraniam & scotomiam curabis.* Stercus autem aceto solutum *lichenas curat.* Cum adipe verò emplastratum alopeciam inspissat.

Ἀσπάλαξ .i. *Talpa, animal est cæcum, sub terrâ foveas & nidos faciens, & deambulans: Si autem viderit Solem, non ultra recipit ipsam terra, sed morietur.* Hujus cor in pelle cervinâ gestatum *Lunaticos sanat.* In pelle autem upupæ avis cum duobus oculis avis, s. upupæ, si qvis suspenderit & ligaverit cor aspalacis, omnia præsciet, qvanto tempore portaverit ea castus. Si autem gestaverit cor avis interiùs, *magnus & potens erit.* Nam

virtus hujus animalis divina & efficax eſt; de qvâ dicentes non tacemus, cujus etiam hæc eſt prægustatio: Si qvis enim guſtaverit Sole oriente de eâ ℥ i. Sciet omnia futura usqveqvò Sol occidat. Eſt autem præparatio guſtationis hæc: Accipe aſpalaca, & ſuffoca eum in aqva pluviali cotyl. iij. & decoqve eum, donec ſolvatur; deinde cola aqvam in æneo vaſe, addens hæc: Theogoni radicum ℥ iv. artemiſiæ, qvæ ſit unius rami tantùm, ℥ iv. ſtoracis, cal. myrrhæ, trogloitæ, bdellii, Spherui ana ℥ iv. libani .i thuris maſculi ℥ viii. tere & cribra, & mellis optimi cotylam unã, & coq; ad ſpiſſitudinẽ mellis, & repone, ac utere eâ ut dictũ eſt. Oſſa verò aſpalacis ſub terrâ in domo tua. Nã aſpalax vivus & mortuus utilis eſt, ſicut & caput fœminæ. Si qvis autem habet *parotidas, ſcrophulas, vel aliqvod apoſtema*, & acceperis viventem aſpalaca, & contriveris eum tam diu manibus, (*donec*) moriatur, *curabis omnes hujusmodi paſſiones*; & nec uvulas *patietur deinceps, nec cantharidas, aut bubones, vel ſcrophulas habebit aliqvando, aut aliqvod apoſtema*. Adeps ejus ſolutus *ophthalmiã ſummè ſanat*. Aſpalaca ergo ſepeli in domo tuâ. Si qvis autẽ cor ejus, adhuc eâ reptante, ſeu palpitãte, trãsglutierit, præſcientiã accipiet futurorũ, & eorum, qvæ in ſeculo fuerint.

Ad melius emendandas praecedentes istas
KIRANI KIRANIDES,
RHYAKINI KORONIDES
Aliqvæ Notarum & Variarum Lectionum.

Pag.1.lin.14. Terrena despicere non dedignatur.] *Inepte hic Sciolus qvidam in Msc.* conspicere *supposuit, vel potius superposuit:* Cum despicere *h.l. propriè notet desuper vel deorsum aspicere, &* καθορᾶν, *non* παρορᾶν, ἢ ὑπερορᾶν: *prout* καθόρημα, *seu prospectus è superiori loco,* Cæsari despectus *nuncupatur.*

Ibid. l. 21. Diversæ sunt transl. de Agarenicâ L.] *In Msc. erat* Angarenica lingva, *sed rectius legitur* Agarenica *.i. Arabica, ab* Agar *dicta. Sed lapsus hic in Græcâ lingva est facilis, qvod Gamma fortè fuerit duplicatum, ubi prius deinde ut Ni pronunciatum sit. Qvemadmodum idem videmus contigisse in* ἀγαρρεία *&* ἀγγαρεία, *qvæ idem, h. e. servitutem coactam significant.*

P.2.l.21. Liber Phys. virt compass. & curationum.] *V. Cl. Casp. Barthius, S. R. I. Eqves, in Advers. suis hic legit:* Certationum, *qvod penitùs haud capio. Cum alioqvi vocabulum hoc* curationum *ita contractum passim in Msc. compareat.*

Ib.l.27. Accipiens fuit Hermes T. D. h. o. n. librum hunc.] *Trajectionem hîc agnoscimus, qvæ sensum plane obscuret; Legendum ergò:* Accipiens

cipiens librum hunc fuit Hermes Trisme-
gistus, Deus hominibus omnibus notus.

P.3.l.20. Vicarias eorum permixtiones.] *Ita qvidem expreßè in codice, errore librarii, qvi non* vicarias, *sed* varias *scribere debuisset.*

Ib. Ac proprietates (*tenemus:*) si qvidē &c.] *Illud* tenemus *de meo addidi, uti sensus modò sibi constaret, sicut &* siqvidem, *pro* si qva, *ut in textu erat, substitui. Qvemadmodum verò hoc loco, ita & in aliis sæpè observavi, ut qvod in Msc. corruptum manifestè videretur, illud correctum, parenthesi includeretur, aliisq; characteribus imprimeretur: item si qvid enarratione indigeret, uti lin. statim 25. ibid.* elementum *per Ordinem literarum seu* Alphabetum, *& p. 11.* chalcitis *per* Misy, *p. 42. Valerus per lupum explicatur.*

P.4.l.4. Liber Syriæ therapevticus.] *Msc. habebat* therapevtici, *juxta Græcum textum:* ἡ βιβλὸς θεραπευτική.

Ib.l.8. Cujus omnem hist. scripsi.] *Msc. sumpsi.*

P.5.l.2. Ad sanitatem & cur. illorum virorum civitatis.] *Scribo:* Ad sanitatem & curationem virorum illius civitatis.

P.6.l.1. Qvæ nolo omnibus proferre.] *Msc.* qvæ non oportet proferre. *Et sic etiam lin. penult. p.16.* qvæ non oportet dicere.

Ib.l.15. Secundus liber de parva Archaicâ] *Msc.* archiacâ, *unde maluissem* archiatricâ, *nisi*

pag.30.

pag. 30. expreße Archaicus liber *citaretur, cujus etiam p. 7. fit mentio. Est enim* ἀρχαϊκὸς *antiqvus, qvod iste primus liber cæteris, qvi Kiranides dicuntur, vetustior & prior perhibeatur. Qvo nomine fortaße legendum* de primâ archaicâ: *in Msc. namq;* pa *saltem extabat.*

Pag. 8. l. 1. Lege: ad dys. & hæmoptoicos.

P. 9. l. 11. cum thymis herbæ XL. & ruboso de spicu.] *Ita Msc. sed falsò, L.* Cymis, *qvâ voce pro cauliculis primæ germinationis, (qvæ Græcis* κύματα, *qs.* κυήματα, *nostratibus qvoq;* die Keymen/ *Medicis aliàs* asparagi & turiones *dicuntur, atq; ita paulò pòst p. 12. l. 7. & 8. explicantur,) Autor noster sæpiùs utitur. Qvid autem sit* rubosum de spicu, *haud intelligo, nisi* de qvercu, *aut* κηκίδι *legendum sit, aut potiùs* de rubeo uvoso fructu, *ut est p. 14. l. 7. Qvod omninò puto; additur enim ibi,* qvod eo depilentur vel præparentur coria. *Et hinc dicitur* ἄμπελος λευκὴ ψίλωθρον, πρὸς ψίλωσιν τῶν τριχῶν, *à depilandis coriis, qvem usum habent acini & radix ejus.* Diosc. *l. 4. c. 280. Theophr. l. 9. hist. plant. c. 22.*

P. 11. l. 18. Succū ποταμοῦ γείτονος) *L.* ποταμογείτονος. *Valdè ridiculus fuit h. l. Interpres, qvi cum ignoraret genus dari herbæ à fluminum viciritate dictæ, qvod in aqvosis nasceretur, ut est apud Dioscoridem l. 4. c. 101. illam in duas voces divisit;*

visit;

visit, & Latinè qvoq; reddidit, tanqvam si non succus herbæ alicujus, sed fluminis proximi aqva commisceri deberet.

P. 12. l. 26. anxillas ung' radix vino confracta.] *Msc. anxillas ungularum* conspexit *vino* confecta.

P. 13 l. 14. Educit enim temperatè & ventrem: *l. 18.* prodest etiam & paralyticis.] *Ita corrige utrumq; locum ad fidem Mscripti.*

P. 14. l. 11. Ms. folia habens similia hederæ, magna verò similia smilaci.] *Qvi locus à Typothetâ corruptus ob geminatam vocem:* similia.

Ib. lin. ult. Seculares & deliciales, ut impositus.] *Emendandus & hic locus est ad exemplar Msc. sic:* Vitis autem alba habet & alias efficacias sæculares & delectabiles, ut in potib9 non solùm sobrietatem præstet &c. *Qvas verò h. l. efficacias* sæculares, *has pag. seq.* mundanas *vocat.*

P. 15. l. 14. L. omnia qvæ scripturâ, vel medicinâ fiunt, vel incantatione, vel gladio.

P. 17. l. 2. Borosites est volucris, qvæ Corone d.] *Ita rectè locum hunc Kiranidis legit Ulysses Aldrorandus l. XII. ornithol. f. 369. licet in Msf.* Uorositis *esset: neq; tamen hoc explicavit idem, sed inter synonyma cornicis tantùm retulit: Cum id nominis non tam genus, qvàm speciem certam designare videatur,* frugiveram *scil. cornicum designare videatur,* frugiveram *scil. qvam Aristoteles* σπερμολόγον *.i.* frugilegam,

Longo-

Longolius Granivoram *appellârunt, cornici propriè dictæ undiqvaq; similem, præterqvam rostro & magnitudine, qvâ illam superat. Vid. idem Aldrov. ibid. f. 378.*

Ib. l. 10. Binthi. i. Sabina herba omn. nota.] *Ita qvidem extabat in Msc. sed depravatè. L.* Brathy. *Nam qvæ Romanis Sabina, Dioscor. l. 1. c. 105. est* βεάθυ *seu* βεάθυς, *& sic etiam Lonicero.*

P. 19. l. 12. Msc. ita: Ad miraculum faciendum: Glasci avis & glascei piscis oculos cũ.

Ibid. l. 19. Msc. Intingendis membranis.

Ib. l. 22. in muro depinge animal qvodvis.

P. 21. l. 4. Maritimæ. *l. 25.* si qvis a. obfirmat.

P. 27. l. Si v. psidias roas, qvi est cortex malignanti.] *Frustra fui, cum antea sic legi, ignarus ecqvid illud* psidias roas *esset: Nam* ψιθία *qvidem* περμενιος οἶνος *est Nicandri Interpreti, sed illi & cortici nihil commune. Sic ergo L:* si verò φλοιώδες ῥοᾶς, is est cortex mali granati, cal.

P. 28. l. 12. L. in necessitatibus eos ligans.

P. 30. l. 10. pro potatione *L.* ex compositione.

Ib. l. 21. L. Qvem oportet in mellis comp. intingi.

Ib. l. 25. L. Si autem & aliud jecur, & cor.

P. 32. l. 4. L. semen superasp. aliqvãdo aqvâ.

Ib. l. 14. mundanũ sangvinem Chrysanth.] *scribo:* humanum sangvinem, *ut inf. p. 63. l. 8.*

P. 33. l. 23. Msc. Thyrmus piscis est marinus, & co-

& com. similis pelamydiæ. Magnus qvidam motus.] *Cum apud Ichthyologos* Thyrmus *nullus sit obvius, audacter substitui* Thynnus, *qvi inter* pelamydas *numeratur. V. Rondeletius l.8. c.10.& seq. Et sic etiam pag. seq. corrige l.13.* thynni vel pelamydiæ. *Deinde rectè legatur: piscis ille* magnus qvidē notus, *qvæ formula authori nostro est usitatissima, ut dicat hoc vel illud esse notū.*

P.36 Meretricis centum capita aphrod.] *Aliàs Columbaria* centrum galli *dicitur, Eryngium autem* centum capita.

P.39.l.16. Librarius hîc cæcutiit, qvi inventus *scripserit pro* inunct9. *Est autem* πέταλον *hîc lana coacta, non bractea, aut folium.*

P.41.l.7.Msc. Est autem & ligatura dupla sancta, conseqvens autem est, ut & al. lap.

P.42.l. 7. Msc habet Lonis, *& paulò antè l. 1.* Lynix. *Sed ex Ill. Aldrov.l.3.ornith.c.1.f.125. restitui*, Lynx.

Ib.l.8. Fortè Legendum: Varolus, *à qvo Veneti etiamnum piscem hunc* Varolo, *juxta Rondel.l.9. c.7. nuncupant.*

P.43.Ms.bis: Morineros piscis. *Sed L.* mormyros.] *Qvo de V.Rondel lib.5.c.22. de piscibus.*

P. 46. l. 24. tenentis pirhin.] *L.* κήρινον, *flagrum.*

P.58.l.20. Canthar. *abundat, qvod mox repetit.*

P.62.l.11.Msc. Et aliqvid indigenti tibi trib.

Δ. Τ. Θ.

PARS POSTERIOR,

seu

Reliqva duæ

KIRANI KIRANIDES,

qvarum una de avibus 44. **
altera de 74. Piſcibus;
Et ad easdem
RHYAKINI KORONIDES.

****. DE AVIBUS XLIV. *uti ſeqvuntur in hoc III. Alphabeto.***

1. Ἀετὸς. 2. ἅρπη. 3. ἀλέκτωρ. 4. ἀηδὼν. 5. ἀλκυὼν. 6. αἴθυια. 7. Βοῦφος. 8. Γὺψ. 9. Δρυοκολάπτης. 10. Ἐρώδιος. 11. Ζῆνα. 12. Ἡλιόδρομος. 13. Θώπιος. 14. Ἱέραξ. 15. Κόραξ. 16. κορώνη. 17. κίσσα. 18. κόσσυφος. 19. Λάρος. 20. λαμπυρὶς. 21. Μέροψ. 22. μελικὸς. 23. Ξούθος ἢ στρυθὸς. 24. Ὄρνις. 25. ὄρτυξ. 26. Πέλαργος. 27. περιστερὰ. 28. πέρδιξ. 29. Ῥάμφος. 30. Σαπινὸς. 31. σεισοπυγὶς. 32. Ταὼν. 33. τρυγὼν. 34. ὑπερλονὶς. 35. Φήνης. 36. Φασιανὸς. 37. Φαλακρὸς. 38. Χελιδὼν. 39. χαράδριος. 40. χὴν. 41. χὴν ἄγριος. 42. ψιττάκη. 43. ψάρος. 44. ὦα.

A'ετὸς i. *Aqvila, rex est omnium avium, colore nigrizans; hâc per aërem volante omnis avis tremit.* Habet autem magnas actiones. Capias ergo aqvilam, & dimitte eam die ac nocte unà vivere, & fimum, qvem interea projicit, sumas colligens, deinde ligans pedes ejus, & os obsttuens, dic in aure aqvilæ: O aqvila, amica hominis nunc macto te ad omnis infirmitatis curationem, conjuro te per Deum cœli & terræ, & per qvatuor elementa, ut efficaciam habeas ad unamqvamq; curationem, ad qvam oblata fueris! posthæc accipe gladium totum ferreum subfumigans storace & melle tunc suppone craterem, abscinde caput ejus super cratere, ut totus sangvis in craterem defluat. Moxq; adhuc eâ reptante scinde eam & extrahe cor ejus simul cum omnibus visceribus, & repone in vase aliqvo, in qvo sit vinum odoriferum ad bibendum: Caput autem repone cum sale multo: oculos tamen extrahe & cerebrum seorsum: viscera verò omnia extrahe de vino, smyrniza cum Sale, & sicca in Sole & sangvinem, & sicca & mitte in vas. Depila autem aqvilam, & magnas pennas coxarum serva. Accipies ergò nervos de coxis; signa qui sunt dextri, & qvi sinistri.

Si

Sic qvoq; facias de pennis, quæ sunt de alis. Carnes autem omnes fac olentes cum aromatibus multis smyrnizans; sicut & interiora & desicca. Omnia sint tibi separatim & superscripta. *Ad cephalalgian qvoddam magnum miraculum:* Os verticis capitis aqvilæ ligatum patienti in corio cervino *verticem sanat.* Timpora verò aqvilæ *hemicraniam curant.* Cerebrum qvoq; illius cum oleo & modicâ cedria inunctum *scotomaticos, & omnem capitis dispositionem sanat. Ad gratiam & fortunam:* dexter ejus oculus in panno mundo ligatus, & in sinistrâ manu retentus in collocutionibus magnorũ gratiam & amicitiam parabit. Sinister autem ejus oculus circumpensus in corio cervino *nunqvam sinit ophthalmiam pati gestantem.* Supra oculos aqvilæ in superciliis inveniuntur duo lapides, unus in unoqvoq; supercilio, qvi ligati in pelle, sive in corio lupi, vel phocæ, vel hyænæ, seu aqvilæ, & ad collum gestati *conservant portantem ab omni iniqvitate & nocumento ferarum, & insidiis Dæmonum ac hominum, omneq; bonum affert.* Lingva autem ejus appensa in panno lineo *arthriticos, & κιονίδας, & tussientem, & dusiniam magnificè sanat.* Epar autem ejus siccum & tritum cum proprio sangvine &

oxymelle per dies x. bibitum *epilepticos sanat*: fel autem cum succo prassii inunctum, cum myrrhâ quoq; & melle sine fimo, *omnem obscuritatem & hebetudinem tollit, & non sinit malum in oculis fieri. Ad omnem prosperitatem*: Cor autem ejus, ut dictum est, datum in vino & melle & aromatibus smyrnizatum per dies VII. deinde in corio lupi sutum & portatum *in nullum malum incidet vel infirmitatem aut feram, sed prosper ac beatus, & dives fiet. Ad amorem*: Renunculi & testiculi sicci infusi & superspersi condito, & in potu vel cibo dati in concupiscentiam & amorem magnum ducunt bibentem, sive mas sit, seu fœmina. Dextræ autem alæ penna retenta *divitem & amabilem faciet gerentem*. Sinistræ verò alæ pennam si tenuerit, & in oleo tinxerit, & â loco tenante usq; ad sacram spinam mulierem in partu laborantem unxerit, *illicò pariet*. Fimus autem ejus suffumigatus siccus *in partu laborantes adjuvat mulieres, & corruptos fætus educit, & secundinam extrahit*. Nervi qvoqvë ejus colli & dorsi ad collum & spondyli ligati, dexter dextro, sinister sinistro lateri, *Chiragricis prosunt*. Similiter & nervi pedum *podagram pedum & genuum dolorem sanant*. Ungulæ autem ejus â pueris & per-

fectis

fectis gestatæ, *ab omni malo ac phantasmate iniqvo, ac ab omni nocumento liberant portantem.* Pellis autem curata ac diligenter habita cum pennis suis reservata, posita pro fasciâ qvoq; ventri & stomacho, *colicos magnificè adjuvat, & stomachicos, & eos, qvi colicam stomachicam patiuntur liberat, & digestionem facit, dat etiam oraculum in somnis de hujusmodi, qvæ futura sunt, rebus.* Si qvis autem vadens dormitum, os vel rostrum aqvilæ ad caput ponat, *videbit in somnis qvod voluerit.* Tot qvot diximus de aqvilâ. Si verò non potes invenire aqvilam, cape vulturem, simili modò agens: Nam eadem potest, sed non ita intensè. Habet autem vultur proprias virtutes & efficacias. Si verò & vulturem non habes, accipiter replet utilitatem, etsi minus efficaciter. Unumqvodqve habet proprias virtutes. Aqvila verò major omnibus existens majora potest, & hæc ei propria est virtus. Aqvilæ autem pennam vel alam si qvis ponat sub pedibus mulieri in partu laboranti, *mox pariet*, mox autem ut peperit, tolle pennam. *Ætites* autem lapis, qvi ad tactum de intus sonat, rubeus est colore, & ut (al.*in*) cera, gestatus *servat in alvo fœtus, & non sinit abortivos fieri: est enim velocis partûs.*

Ἅρπη Avis est raptrix, similis vulturi, minor quidem, & rubicundior. Hujus venter siccus & tritus cum polenta vel farinatâ acceptus, *dysuriam sanat, lapidem vesicæ frangit, εἰλεὸν & χόρδαξον lumborum sanat: digestionem enim summam operatur* avis venter esus & gestatus.

Ἀλέκτωρ .i. Gallus omnibus notus. Ἀλέκτορος ventris jus bibitum *solvit ventrem:* Sangvis autem ejus *erysipelata & χίμετλα sanat, & eos, qvi marinum leporem comederint.* Si qvis autem prægustaverit allium & biberit calidum sangvinem cum vino, *nullum reptile timebit.* Cum pultibus verô conspersus & datus ad magnitudinem nucis veluti per dies x. comedere iis, *qvi sursum deducunt sangvinem, prodest.* Fel qvoq; ejus cum succo chelidoniæ herbæ & melle illitum *visum acuit perfectè.* Fimus autem ejus cum aceto cataplasmatus *à feris rabidis morsus & ulcera sanat: maturat autem & δοθιῆνας* cum aceto impositus. Cerebrum autem ejus cum aceto bibitum, nec cum aceto, sed cum condito serpentis bibitum, *morsos serpentis morsus adjuvat.* Testiculi ejus cum vino bibiti *Venerem irritant, & bonam habitudinem præstant.* Ventriculi autem inte-

rio

rior pellicula cornea, qvam vocant ἐχῖνον, alii sisukion, in vino missa & siccata ac trita cum sale, potata cum vino, vel condito *nephriticos perfectè sanat.* Crista autem capitis galli cum grano uno libani, & paululum cornu cervini gestata, *avertit omnem timorem nocturnum & omnem occursum malum, & sine timore facit portantem.* Stercus autem ejus bibitum cum bono vino *suffocationes affugeris* (L. à frigidis) *factas mirabiliter sanat.*

Ἀηδὼν .i. luscinia, avis nota est omnibus, similis hirundini. Hæc vere incipiente nunqvam cessat canere die & nocte flebili & misericordiosâ voce, unde & nomen accepit, eò qvod semper canat. Hujus cor eâ adhuc palpitante si qvis cum melle transglutierit, & ad cor ejusdem avis cum lingvâ portaverit, *erit suavis ad loqvendum, & sonoræ vocis, libenterq́ue audietur.* Si qvis oculos ei abstraxerit, eamq́; vivam dimiserit, eosq́; portaverit, *nullo modò dormiet, usqveqvò portaverit eos.* Fel autem ejus cum melle illitum, *visum perfectè acuit.*

Ἀλκυὼν volucris est speciosa valdè, sublazura, vel subviridis, vario colore, in littoribus degens maris: hæc in labio maris parit, & cum parit ova, fit magna tranqvillitas in mari, ne penitus fran-

gatur vel inundet mare: nam circa labium maris gignit, ubi frangitur vel inundat mare: Comedit autem parvos pisciculos. Postqvam ergo compleverit nidum, & pulli sui evolaverint, rursum mare solito more fluctuat. Hujus avis oculos si qvis in panno ligaverit, & ad caput nimiûm dormientis posuerit, abjiciet ab illo somnum. Si qvis portaverit ejus oculos navigans in mari, non timebit tempestatem, aut hyemem, aut qvalemcunq; necessitatem. Gubernator qvoq; si gestaverit eos, secretè & absqve hyemis afflictione gubernabit scapham. Cor autem ejus gestatū formosum & amatum, ac diligendum, omnibusq; pacificum faciet portantem; etsi in medio inimicorum ceciderit, non nocebit ei, & nec ab hyeme, nec à fulgure lædetur, sed erit in omnibus gratiosus & qvietus. Oportet autem ipsum ponere in propriâ pelle suâ & consui, & in aureo calamo mitti. Si autem piscator portaverit ventrem, aut caput vel pennas, nunqvam erit fraudatus piscator. Assata verò tota avis cum pennis suis & comesta dæmoniacos sedat: In domo autem sita seditiones & lites avertit.

Ἄιθυια .i. Mergus, avis est marina, insatiabilis, omnibus nota: Hæc si obviaverit navi velo naviganti, & volans submerserit se in mari, tempestatem signat navi; si verò prævolaverit, aut super

super petram sederit, bonam navigationem portendit. Hujus ergo sangvis *antipharmacum est & obvius veneniferis feris:* Venter autem ejus siccus potus, & portatus *digestionem perfectam vel bonum stomachum præstat.* Fel autem ejus cum cedriâ .i. pice liqvidâ inunctum *evulsos de palpebris pilos non sinit renasci.* Tota autem æthya passata & esa *elephantiam sanat:* Eadem potest & *contra splenem.* Ova autem *dysuriam, & renes, & stomachum sanant.*

Βῦφος) *Bufum dicunt qvidam esse avem amatricē vigiliæ, nam in die non apparet, noctè verò emittit voces magnas & boat.* Hujus ungula *fortunata est, & non fallens, & phylacterium* appensa homini.

Γὺψ .i. *Vultur, volucris magna & utilissima, omnibus nota.* Pulli autem vulturis utilitas est hæc: Ossa capitis ejus cum filo purpupureo ad cubitum suspensa *cephalalgiam sanant & antiqvum scotoma:* Cerebrum autem ejus solutum cum cedriâ & oleo veteri, & inunctum timporibus *omnem cephalalgiam sanat.* Fel autem cum melle & succo prassii *suffusionem oculorum sanat.* Adeps autem ejus mixtus cum porcino adipe *juvat arthriticos, tremulentos, .i. frigidatos, podagricos,*

stomachicos & paralyticos, & qvi nimiâ evacuatione patiuntur spasmum. Cor qvoqve ejus in pelle ligatum *omnem fluxum sangvinis sistit.* Hæc qvidem de pullis vulturum. *Fugient autem dæmonia portantem, & maximè feræ; habebit autem & gratiam ad omnes homines, & ad omnes mulieres, & in divitiis vivet; est autem & victoriosum ad omnem rem.* Magni autem vulturis cor elixum, & datum in cibo latenter, aut siccum in potu datum mulieri *magnam amicitiam, & desiderium lascivum ei facit.* Pedes autem ejus portati *ad facundiam sermonum & lucrum, & taciturnitatem inimicorum, & adulationem adversariorum summè faciunt.* Ungulæ autem ejus combustæ & cum vino solutæ veteri, totoq; corde inunctæ & bibitæ *victoriam inimicorum faciunt.* Os autem ejus vel rostrum cum lingvâ portatum *facit ad itinerationem nocturnam, fugat dæmones, & feras, & omne reptile ac cuncta mala.* Et ut ultra dicamus, *omnem victoriam, & rerum abundantiam, sermonum facundiam, & causas, & gloriam, & honorem portanti acqviret.* Porta ergo cum lingvâ & oculos, & *servabis corpus tuum in omni castitate.* Si autem mulier cerebrum volucris liqvaverit, & unxerit ventrem suum per dies VII. unxerit qvoq; & ventrē viri, *non concipiet omninò.*

Ossa

Offa verò ejus combufta & trita habeas pro pulvere, & pulvis ille *fanabit omnę ulcus* fuperfperfus, *& dolorem dentium perficiet* cum vino perfufus. Fel autem ejus cum fucco prasfii & opobalfamo & melle folutum *omnem caligationem oculorum & fuffufionem fummè fanat.* Pennæ verò ejus fuffumigatæ, *Lethargum, & fuffocationem matricis & phreneticos curat.* Qvotcunqve facit aqvila, tot & vultur. Sed etfi vulturis utilitates multas reliqvimus, tamen per omnia ficut & aqvilæ utilitas, ita & hujus fit.

Δενδροκολάπτης .i. *Qvercûs incifor, feu picus, avis eft fortißimi roftri, qvæ in foramine qvercûs parit: Si qvis cum lapide obfirmaverit pullos ejus & recefferit, venit picus, & fert herbam, apponensq; eam aperit omnes firmaturas.* Oculi autem ejus geftati *vifum acuunt.* Roftrum autem ad collum fufpenfum, *omnem dolorem dentium & uvulæ, & antiadis, & Synochiæ* (al. Cynanchen) *curat.* Affata verò avis vel elixa & comefta, *fanitatem velocem infirmantibus reddit, & incantatione ligatos folvit, & fanat, & profperitatem tribuit.*

Ἐρώδιος *avis eft, in templis & ædificiis, qvæ funt in civitate, nidificans, & habitans: fuper caput fuum cumulum pennarum velut comam, oblongum*

longum ut digiti tres. Hujus ramſum .i. ungulam cum cancri felle in corio aſinino ſi ſuſpenderis ad collum vigilantis, *dormitabit.* Si qvis autem in convivio pannum, in qvo eſt ramſus, deponat in vino, *bibentes obdormient ſuper menſam.*

Z῀ηνα *eſt avis Jovis, qvam Græci vocant Aſtragallinum, nos verò cardellum* (carduelē,) *in capite habet pennas rubeas & aureas in alis, & ultra totus eſt varius colore.* Hæc aſſata & comeſta *cœliacos & colicos optimè ſanat.*

Η῾λιόδρομος *eſt avis in India, quæ mox, ut nata eſt, evolat ad Orientem, adverſus Solem; & ſtatim cum Sol vertit ſe ad occidentem, & illa: non vivit ampliùs, qvàm unum annum: ſed parit marem & fœminam.* Hæc autem bibita *habet gratiam.* Si qvis ergo eam aperuerit & interiora ejus geſtaverit, paſſans eam cum myrrhâ, *dives fiet.* Comeſta verò *ſanitatem præſtat, & non infirmabitur qvis diebus vitæ ſuæ, & dives fiet, qvi portaverit.*

Θώπιος *avis eſt nocturna.* Hujus oculi geſtati & cor *audacem & absq; timore faciunt gerentem in nocte & illæſum in oculis.* Comeſta verò *proſperitatem & bonum ſtomachum præſtat.*

Ι῾έραξ .i. *Accipiter,* poteſt qvæcunq; & vultur, debiliùs tamen. Fimus autem ejus,

cum

cum dulci (*vino*) bibitus *infantū partum accelerat.* Vivus autem depilatus & coctus cum oleo susino usqveqvò solvatur, & postea colatus, qvodcunq; unxeris ex eo, *omnem nebulam & hebetudinem oculorum sanabit.* Avis verò assata & comesta *sacram infirmitatem sanat.* Oculi autem ejus ad collum suspensi *tertianam fugant.* Cor qvoq; ejus gestatum ad omnia, *corroborat & conservat portantem.*

Κόραξ,) *Corvus omnibus notus est.* Hic captus & vivus sepultus in sterqvilinio eqvino & per dies XL. putrefactus, deinde combustus, & cerotus factus *podagricos sanat perfectè.* Fimus autem ejus suffumigatus *alphos albos & albam lepram sanat.* Ova verò ejus *denigrant canos capillos.*

Κορώνης .i. *Cornicis* cor gestatum *concordiam inter virum & uxorem præstat:* habens uxorem si portaverit cor cornicis fœminæ insciens super se, & fœmina benè sciens portans super se cor masculi, *erit amor inseparabilis inter eos.* Interiora verò ejus assata si mulieri ignoranti dederis, *valdè diliget te.* Cerebrum autem ejus cum melle si unxeris genitale, fuerisq; cum eâ, *valdè te diliget, & nulli aliȷ adhærebit, nisi tibi.* Fimus

ejus

ejus cum vino bibitus *disiniam* (dyſpnœan) *ſanat*. De ſangvine illius cochlearia duo bibita cum vino *hydropicos perfectè ſanat*. Cornicem capias illæſam, *ſi tibi pes dolet*, poſterioremqve digitum dextri pedis abſcindas à pede juxta crus proprium incorruptum ligans filum ſuſpende & circumnecte; cornicem verò terebintino ungvento unge, vel oleo totam, & dimitte eam vivam volare: Digitum verò ejus circumliga patienti pedi, ſiniſtrum in ſiniſtro pede: non lavetur, ne deorſum cadat qvod ligatum eſt, ſed ſit ligatum in pelle cervinâ, & ſic geſtatum. Qvando verò incideris digitum ejus, dic: accipio digitum pro medicinâ iſchiadicæ, & podagræ & pro omnibus articulis, & ungens eam dimitte.

Κίσσα .i. *Gaia vel galandria, avis eſt ſagax imitans vocem hominis*. Hujus cor geſtatum cum radice Kyſſæ .i. hederæ *contractas mulieres ſanat: Similiter autem & dyſuriam curat*. Eſt autem avis vario colore.

Κόσσυφος *eſt avis dulciſona, æſtate multum cantans; & eſt valdè nigra tota, ſolum roſtrum habens aureum*. Hæc in oleo veteri cocta usqveqvò ſolvatur, oleo inuncto ὀπισθοτονικοὺς *ſolvit & iſchiadicam curat*.

Λάρος

Λάρος *volucris est marina*, eadem potest qvæ & alcyon. Hujus itaq; cor tenens mulier qvæ partu laborat, *statim pariet*: & mox cum pepererit, foràs exporta id, ne sequantur intestina: Venter qvoq; ejus siccus bibitus & gestatus, *perfectè digestionem præstat*.

Λαμπυρὶς *aviculus* (L. vermiculus) *est alatus, volans nocte, & lucet ut stella: habet enim lumen in posterioribus, in alvi tunicâ*. Si ergo ligaveris eam in matrice vulvæ & suspenderis ad mulierem, *inconceptivum est omninò*. Si qvis vero Lāpyrida ponat in pavimento domûs, ubi sunt *pulices, fugient omnes*.

Μέροψ .i. *Parra, avis est omninò viridis, qvam quidam Gangrænam vocant: est autem astuta avis, ad multa qvoq; faciens, sicut & Alcyon. Hæc cùm educat filios* (pullos) *ne qvis capiat eos, mutat illos de loco ad locum: ipsa qvoq; cum videt eum, qvi qværit pullos suos, hinc inde sese freqventer transmutat, ne fortè sciatur ubi eos nutrit*. Hujus cor *ad nimium amorem* aptum est, & comestum *cardiacos juvat, & ictericos, & stomachicos*. Merops autem vocata est eò, qvod citò hominem ad amorem conciliat. Fel verò ejus cum melle aut succo rutæ *suffusionem oculorum sanat*.

Μελιο

Μελικὸς, *avis est suaviter canens in æstate.* Hæc combusta & cũ melle mixta ac inũcta *μελικηρὸς pingvedinem vel craßitiem sanat:* assata verò & comesta *dysentericos sanat.*

Νῆσσα .i. *Anas, fluvialis est & palustris omnibus nota.* Anatis ergo sangvis calidus aut siccus cum vino bibitus, *salvat bibentem ab omni veneno, & eos, qvi ab echidnâ morsi sunt sanat; ac sanitatem ac robur præstat & bonam habitudinem.*

Ξουθεὸς *aliis* στρουθὸς *.i. passer,* (qvem alii) πυργίτην *.i. turritam* (turricolam) *alii* τρωγλίτην *vocant.* Hujus stercus cum vino bibitum *erectionem facit magnam:* cum adipe verò porcino inunctum *alopeciam sanat & densat, & carbunculos frangit.* Avis verò assata & comesta *delectationem Veneream movet.*

Ὄρνιθος .i. *gallinæ domesticæ* cerebrum fricatum *dentes puerorum facit nasci absq; dolore;* & cum vino bibitum *eos, qvi morsi à Scorpiono, sanat:* Cor autem ejus, eâ adhuc palpitante, coxæ ligatum *partum festinat optimè.* Epar autem ejus tritum & cum hordei farinâ emplastratum ac cum aqvâ *podagricis prodest.* Axungia ejus cum nardo liqvefacta *ad dolorem aurium utilis est*

& mu-

mulierbres pessarios, & *ad nervorum passiones* prodest. Pulcini vero scissi & calidi superpositi venenosis puncturis, *attrahunt omne venenum*: Oportet autem crebriùs mutatos superponi usqveqvò ipsi sunt recentes: deinde folia olivæ viridia teramus cum oleo & sale, & sic superponamus vulneri. Stercus autem gallinarum recens inunctũ, *contritiones ex calceamentis factas sanat, aufert autem & myrmicationes.* Bibitum autem in vino temperato, *iis, qvi fungos comederunt, prodest.* Siccum qvoqve & tritum cum vitro & arido ungvento *alopeciam inspissat* inunctum.

Ὄρτυγος .i. Coturnicis, seu qvalliæ oculi suspensi *ophthalmiam sanant, tertianam & qvartanam*: Jus autem ejus *ventrem mollifiet*. Comesta vero *renes purgat*.

Πέλαργος .i. Ciconia, *volucris est optima. Mox enim cum venit Ver, insimul velut exercitus pergunt, aliarumq; avium differunt, ut anseres silvestres & anates. Omnesq; species avium ab Ægypto & Lybiâ & Syriâ advolant, & veniunt in Lyciam ad flumen, qvod vocatur* ξανθὸν *i. rubeum, & committunt prælium in eodem loco cum corvis & cornicibus, &* κολοιοῖς, *& vulturibus, & qvibuscunq;, qvæ carnem vorant. Nam & e*

illæ præsciunt tempus, & adveniunt omnes, Pelargorum qvidem exercitus in unâ partium labii fluminis aciem parant, corvi autem & vultures, omnesq; sarcophagæ aves in altero labio fluminis consistunt. Totum autem sextum mensem in pugnam expectant, sciunt enim dies, in qvibus debent congredi. Et tunc auditur clamor usq; ad cœlum, & sangvinis fluxus cernitur in flumine vulneratarum avium, & pennarum multarum depilatio, de qvibus Lycii sternunt lectos suos. Post separationem autem belli vident dilaniatas cornices & omnem multitudinem sarcophagarum avium, similiter pelargorum & pelecanûm, nec mordicos eorum, qvi cum eis sunt. Multæ enim volucres in bello mortuæ cadunt. Signum est hoc ad invicem certamen & utrorumq; victoria omnibus hominibus: nam si pelargorum exercitus vicerit, divitiæ & abundantia frumenti erit aliarumq; frugum; Si autem corvi vicerint, multitudo ovium & boum erit & aliorum qvadrupedum. Pelargi autem habent & aliud naturale qvoddam præcipuum: Cùm enim genitores eorum senuerint, & volare non possint, filii eorum undiqve super alas suas portant eosdem de loco ad locum, eosq; sic nutriunt; & si non vident, filii pascunt eos, ea dicitur retriburio & digna redditio (ἀντιπελαργία.) Habet autem virtutes hujusmodi. Ova ejus cum vino soluta

deni-

denigrant capillos: Oportet autem cum pasta frontem & oculos cooperire, ne liqvor descendens tingat ea, post tincturam autem capillorum optimè capillos ablue, & myrtino oleo unge, aut omphacino, in qvo solutus sit adeps ursinus, vel aprinus. Si autem pullum parvum pelargi acceperis, & in ollam rudem miseris, clausamq; ad assandum in furno miseris, & cum carbo fuerit, cinerem inde feceris, *habebis aridum collyrium, & ad nebulam oculorum, & lacrymarum, & epiphorarum, & capillationem*, & omnia hujusmodi facies ut artifex. Si autem humidum collyrium volueris inde facere, mitte mel sine fumo, & ungvento utere. Vivente pelargo aufer nervos pedum ejus ac crurum, ac alarum, & adapta *podagricis & chiragricis*, similes similibus annectens, & *sanabis eos*. Esa verò ciconia assa, vel elixa semel in anno, vere incipiente, anteqvam advolent ad bellum, *innocuum & illæsum servabit propter nervos & articulos comedentem: fugiet enim podagra, chiragra, genuagra, ischiadica, arthritica, opisthotonica, & qvæcunq; nervorum passiones sunt & articulorum*. Stercus autem ejus cataplasmatum jusqviami foliis, & thiridacis .i. lactucæ sylvestris, *podagricis prodest*. Ἐχῖνον autem .i. ericium, qvod est

in ventre ejus, sumptum lava in vino, & sicca in umbra, facq; pulverem de eo. *Si qvis ergô biberit venenum mortiferum*, ex eô rade, & da bibere in vino mixto aqvæ marinæ, & benè erit ei. Intestina verò ejus comesta *colicos & nephriticos sanat*. Fel autem inunctum *visum acuit*. Si qvis verò pelargi victoris belli cor acceperit, illudq; in accipitris aut vulturis pelle ligaverit victi, scripseritq; in corde: Qvoniam vici adversarios! Ligaveritq; in brachio dextro: Qvi portaverit, *erit invictus ab omnibus, & admirabilis in bello, & in certaminibus omnibus, eritq; ei irrefragabilis victoria & magna.*

Περιστερὰ. i. *Columba, avis est nota. Est & arbor in Indiâ, qvæ dicitur peridexion, cujus fructus dulcis est, & utilis, ut & columbæ delectentur in eâ pariter, & commorentur: hanc autem arborem serpens timet, ut & umbram ejus fugiat. Nam si umbra arboris vadit ad orientem, serpens fugit versus occidentem; & si umbra arboris porrigatur versus occidentem, serpens fugit versus orientem, & pro arboris virtute non potest serpens lædere columbas. Sed si qva fortè oberraverit ab arbore, serpens flatu suo attrahit & devorat eam: verùm cum simul volant, & gradiuntur, nec serpens, nec ocypteros, scilicet Sparverius, potest vel audet eas lædere. Arborû ergò folia vel cortex*

suffumigatus avertit omne malum (.i. bestias venenatas.) Lippitudinem qvis habens: sangvis columbæ calidus infusus *plagas & discerptiones oculorum sanat.* Stercus autem ejus cum hordei & irini farinâ & visco ac adipe porcino superpositum *gangrænas circumcavat & scrophulas disrumpit*: Cum aceto autem inunctum *lenticulas ac maculas faciei & puncturas tollit*: Cum cedriâ autem mixtum λέυκας & ἄλφὃς, *& lichenas ac lepras perfectè curat*: Cum terrâ autem Ægyptiâ & euphorbio & crocomagmate ac aceto solutum, frontiqve inunctum *cephalalgian perfectè sanat*: In sede verò illitum cum oleo *ventrem obdurat.* Testiculi autem masculi *amoris poculum* sunt mulieri à viro dati, sed & matrix fœminæ viris data.

PERDIX *est avis dolosa: nam contribules & cognatos suos ad capturam vocat: hæc aliena ova velut sua yovet, verùm mox cùm pulli nati fuerint, ad proprios genitores revertuntur, & qvæ eos foverat desertam relinqvunt.* Fel itaq; perdicis cùm melle & opobalsamo & succo marathri *visum acuit*: Coctum verò cum malis cydoniis & comestum, jusq; bibitum cum vino styptico *cœliacos ac stomachitos sanat.* Ova verò ejus comesta *Venerem incitant: Sunt autem*

amatorius potus. Cum adipe qvidem anserino soluta mammillis nutricum inuncta *copiam lactis educunt.* Testæ verò eorum tritæ & cum cerâ & cadmiâ unitæ, & valdè commixtæ, *lapsas & cadentes mamillas mulierum erigunt.*

Ρ'άμφιος, *avis est secus flumen Nili, qvi dicitur* Pelecanus, *& in paludibus Ægypti moratur: hæc valdè amat prolem suam, cum ergo erti fuerint ejus pulli, modicumq; aucti continuò genitores suos percutiunt in faciem; at illi ferre non valentes colaphizant soboles suas, & interficiunt eas, deinde viscera misericordiæ super eos moventes lugent filios, qvos interfecerant, eâdem itaq; die mater propriis filiis mista sua ipsius latera dilanians aperit, & sangvinem super filios suos mortuos effundens vivificat eos, & resurgunt qvodam naturali modo.* Horum itaqve fel cum vino mixtum *nigros alphos, & cicatrices nigras ejusdem coloris cum aliâ carne facit; & argentum obscurum splendidum facit, omnemq; nigredinem sanat & abstergit.* Sangvis eorum bibitus *epilepsiam sanat.*

SAPINUS *passer est formosus, omnibusq; notus in agris degens.* Hic comestus speciositatem confert & ab hebetudine conservat.

Σεισοπυγὶς *i. Eropa vel cauda-tremula, ve*

capu

caput concutiens passer est, qui juxta rivulos aquarum & torrentes invenitur: hujus cauda semper movetur, unde & caudatremula nominatur. Si qvis ergo eam cum plumis suis viventem in ollâ recluserit, & combustam in pulverem redegerit, mulieriq; in potu dederit, *faciet eam dissolvere præ amore & liqvescere:* Est enim potus iste irrefragabilis, cui similis non est.

Ταὼν .i. Pavo, *avis est sacerrima, coloribus variis perspicua, formosa qvidem, in caudâ habens jucunditatem: hæc qvando calcat, clamat, & postqvam coierit, in posteriora recedit, solummodò autem vere calcat.* Hujusmodi ova *ad aureum colorem faciendum* prosunt, sicut & anserina. *Si autem mortuus fuerit pavo, non marcescit ejus caro, nec fœtidum dat odorem, sed manet tanqvam condita aromatibus.* Cerebrum hujus volucris *amatorium poculum* est: Cor ejus gestatum *benevolentiam & fœlicitatem præstat.* Sangvis ejus bibitus *Dæmonia expellit.* Interiora ejus & stercus suffumigatum *omne pravum eiicit.* Ipse autem esus *dysentericos sanat.* Stercus ejus bibitum *epilepsiam curat.*

Τρυγὼν .i. turtur, *avis nota omnibus, uno viro contenta.* Hujus fimus cum melle *albu-*

lam curat: cum roſeo verò inunctus *matricem ſanat.*

Υ´περιονὶς, *Aqvila eſt fœmina*: hujus virtus eſt qvalis & maſculi. Stercus autem ejus cum melle *cynanchicos perfectè ſanat, & qvæcunq; paßiones ſunt circa collum, & ad tuſſes prodeſt.*

Φήνης *Avis eſt oſſafrangens; nam non ſolùm carnes, ſed & oſſa rodit.* Hujus ſtomachus ſiccus, ſi qvis tritum biberit, vel ſecum portaverit, *digeſtionem perfectam faciet.* Os coxæ avis ad coxam ſuſpenſum, *cirſos* (.i. varices) *curat, qvi ſunt in pedibus*: Fel verò ejus cum melle *albedinem* (.i. Leucen) *ſedat & lepram.*

Φασιανὸς *eſt avis omnibus nota.* Hujus ſtercus inunctum & bibitum *erectionem facit*: adeps autem ejus *tetanicis prodeſt & matricis paßioni*: Sangvis verò ejus antidotum eſt *contra venenum*. Fel vero ejus *viſum acuit.*

Φαλακρὸς, *avis eſt qvæ dicitur alba-frons: nam tota nigra eſt, & ſolummodò frontem albam habet, invenitur autem in fluminibus & ſtagnis.* Hujus cerebrum cum oleo veteri mixtum & inunctum *omnes paßiones ani curat.* Comeſta verò avis medicina eſt, *contra venenum.*

Χελιδὼν .i. hirundo, *quæ in vere omnes excitat canendo.* Habet autem actiones hujusmodi: Si qvis pullos ejus ceperit, eosq; in ollâ miserit, & lutò obfirmatâ assaverit, deinde aperiens ollam si consideret, inveniet duos pullos sese osculantes, & duos se ab invicem avertentes: Si ergo acceperis eos, qvi osculantur se, & cum oleo ros. solveris, fœminamq; unxeris, illicò seqvetur te; Si autem de cinere in potu ei dederis, ut insana fiet præ amore: Solves autem hoc, si de cinere sese avertentium dederis in unctione vel potu, & revertetur. Cinis autem eorum & genitorum ipsorum cum melle inunctus *cynanchicos curat, & raucedines sanat,* cum melicrato bibitus. Ipsa autem hirundo freqventer comesta *sacrum & comitialem morbum curat.* Lapilli autem, qvi in ventriculis eorum pullorum reperiuntur, dextro brachio suspensi, *epaticos perfectè sanant: Præcautio qvidem sunt tussis, coryzæ, pituitæ, uvulæ faucium, & etiam omnis ophthalmiæ.* Oculi verò fronti alligati *ophthalmiam sanant, omnemq; rigorem febrium auferunt.* Comestæ autem hirundines *epilepsiam sanant, & partum accelerant.* Cinis autem cum melle inunctus *visum acuit:* inunctus autem similiter *ulcera in gutture vel*

lingva, & omnia depascentia, & gangrænas perfectè curat. Terra autem nidi sui cum aqvâ soluta, & inducta, *colli & faucium tumores & cynanchen curat;* Cum aceto autem *cephalalgiam sedat.* Fimus autem ejus bibitus *nascentias sanat:* Cum felle autem capræ mixtus *capillos tingit nigros, & alphos, & leprosos nigros sanat.*

Χαράδριος *avis est regia, futuri præscia:* illam si qvis infirmetur, & ingrediatur ante eum avis, avertitq; faciem suam ab infirmante, infirmus morietur; Si autem attendat in faciem infirmi, elevat omnem infirmitatem ab eo, volatq; contra Solem, & projicit infirmitatem, salvaturqve langvidus & volucris. Hujus cor & caput gestatum *illæsum & innocuum ab omni infirmitate facit gestantem omni tempore vitæ suæ.*

Χηνὸς ζῶῆς .i. *Anseris viventis* si qvis absciderit lingvam, posueritq; super pectus viri vel mulieris dormientis, *confitebitur omnia qvæcunq; egit.* Cerebrum autem ejus cum proprio adipe & meliloto vel fœnugræco, & decoctione vel jure superpositum *rhagadas & hæmorohoidas, omnemq; tumorem ani curat.* Cum roseo verò & adipe, & assis, frixis, vel testis (*fortè testis*) ovorum solu-

tum

eum *ad tumores matricis facit:* Cum medullâ cervinâ *ad scissuras labiorum & chimetla* convenit: Cum liliaceo autem oleo immissum *mortuos fœtus educit; ad aphthas utile* cum succo stigni: Cum melle qvoq; *ea, qvæ sunt circa lingvam sanat:* Cum nardo verò *ad rheumatizantes aures facit & antiqvas:* Cum passulis verò purgatis *carbunculos curat.* Fel autem ejus maximeq; sylvestris cum succo prasii, aut polygoniæ in pessario posita *conceptionem præbet, virisq; intensionem.* Adeps autem ejus utilis est *in pessariis & in acopis ungventis ac malacticis.* Stercus autem cum vino bibitũ *tusses mitigat.* SYLVESTRIS qvoqve anseris fimus suffumigatus *dæmonia ejicit, & lethargum sanat suffocationesq; matricis.* Fel autem cum felle bovis & succo daphnæ *surdos sanat.* Jus verò ejus bibitum cum vino *prodest eis, qvi bibunt vinum multum aut aconitum* .i. cicutam, *vel doriginum,* ea est herba Apollinaris. Viscera qvoq; anseris assa & comesta, (*ut*) epar prodest *epaticis,* stomachus *stomachicis,* intestina *cœliacis:* Cor verò & pulmo *phtisicos sanat.*

Ψιττάκη) Psittacus, *avis est tota viridis, pedes habens & rostrum rubeum: invenitur hæc in Thebaide Ægypti, & in Indiâ; forte rostrum habet,*

bet, ut ferrum rumpat: imitatur autem vocem hominum, omniumq; animalium. Hujus rostrum portatum *dæmones abjicit, omnemq; rigorem febrium.* Poteſt autem qvæcunqve & Anſer. Eſus verò *adjuvat omnes ictericos, phtiſicos benè ſanat.*

Ψάρος (Mſ. Sarapos) *Avis eſt rubei vel varii coloris, omnibus nota, qvæ comedit cicutam, ſicut coturnices & perdices helleborum.* Hæc comeſta *juvat omnes qvi mortiferum biberunt,* & qvi prægustaverit, *omninò non lædetur.*

Ωὰ .i. OVA: gallinarum recentia ſuper illita *combuſturas ignis ſanant.* Ovum etiam mox partum circumligatum *partum accelerat.* Eſt autem multum utile *oculorum paſsionibus.* Cortex autem ejus aſſatus cum myrto *contritiones pedum ex calceamentis factas ſanat, omnemq; tumorem & rheumatiſmũ conſtringit.* Utilis eſt autem & *in peſſariis, & in iis, qvæ circa pedum & matricum paſsionem, & dolorem omnem ſedat, maximè verò tumores eryſipelatum & naſcentiarum.* Crudum verò ſi ſorbeatur, *ſiſtit fluxum muliebrem & rejectionem ſangvinis ſuperiorem,* & *arteriam attenuat & ſplendificat. Facit autem ad phlegmonem, ani* & *rupturas,* & *ad omnem dolorem perfectè.* Cortex autem ovi combuſtus & valdè tri-

tus

tus insufflatur *ad sangvinis narium fluxus*: Col-lotus qvoq: *dentes mundificat*. Pellicula verò ovi, qvæ & vemen dicitur, *ad labia scissa facit*, & *ad asperam lingvam*: facit verò convenienter *ad aurium fracturam*. Similiter autem & anserina & pavonina. Ovum autem Ibidis *fœtus ejicit* assatum. Ova verò cornicis inuncta testiculis *delectationem inducunt*, & *amorem faciunt bibita*. Sic autem & ea, qvæ sunt hirundinis, & *denigrant capillos* & *albugines*. Columbarum autem comesta *intensionem præstant*. Ova perdicis soluta cum melle *visum acuunt*, *partum qvoq; accelerant*. Struthio cameli ova *podagricis* inuncta *prosunt*. Ova aranei bibita, tria *ad tertianam*, qvatuor *ad qvartanam*, *amphimerinum qvoq;* & *omnem typum ejiciunt*. Ova gallinarum imparia in urinâ asini elixata & esa *nephriticos* & *colicos curant*.

KIRANIS ULTIMA DE PISCIBUS SEQUENTIBUS,

Veluti sunt.

1. Ἀετὸς. 2. ἀνθίας. 3. ἀμία. 4. ἄχαρνος. 5. αἰσωκὸς. 6. Βάτος. 7. βύγλωσσος. 8. βδέλλα.

βδέλλα. 9. βλάνιος. 10. βοώπες ἢ βόακες. 11.
Γῆς ἔντερα. 12. γόγγρος. 13. γλανὶς. 14.
γλαῦκος. 15. Δελφὶν. 16. δράκων. 17. Ἔγ-
χελυς. 18. ἔλοψ. 19. ἐχῖνος. 20. ἐχενηὶς. 21.
Ζμύραινα ἢ σμύραινα. 22. Ἥπατος. 23. Θύν-
νος. 24. Θρίσσα ἢ τριχίας. 25. Ἵππουρος.
26. Ἱπποκάμπος. 27. Ἰουλὶς. 28. Κέφα-
λος. 29. κορακῖνος. 30. κύων θαλάττιος.
31. κυπρῖνος. 32. κῶμος. 33. κίχλη. 34.
καρὶς. 35. καρκῖνος. 36. κάμμαρος. 37.
κάραβος. 38. κοχλίας θαλάσσιος. 39. κή-
ρυξ. 40. κοχλίας χερσαῖος. 41. Λάβραξ.
42. λαγωὸς. 43. Μαινὶς. 44. μαρίδες ἢ
σμαρίδες. 45. μελάνουρος. 46. μύες. 47.
μύακες. 48. Νάρκη. 49. Ξουθὸς. 50. Ὄνος.
51. Πελωρίδες. 52. πλεύμων ἅλιος. 53. πη-
λαμὺς. 54. πέρκη. 55. περαίας. 56. Ῥαφὶς.
57. ῥινὸς. 58. Σάλπη. 59. σαῦρος. 60. ση-
πία. 61. συναγρὶς. 62. σάργος. 63. Τρί-
γλη. 64. τρυγὼν. 65. Ὕδρος. 66. Φώκη.
67. Χρύσοφρυς. 68. χελώνη θαλαττία, χερ-
σαία, καὶ ἐλώδης. 69. χειλὼν. 70. χάννος.
71. χελιδὼν. 72. ψάρος. 73. ψύλλος θα-
λάττιος. 74. Ὠὰ ἰχθύων.

Αετο

AETOS est piscis absq; sqvamis, similis accipitri pisci, nigrior tamen, similis parvo τρυγόνι propter κέντρον. Hujus ergò piscis lapides, qvi sunt in capite, suspensi qvartanarios sanant: Fel autem inunctum visum acuit. Spinæ ejus combustæ super sarmenta vitium dæmones ejiciunt. Comestus autem piscis epilepsiam perfecte sanat. ANTHIAS, piscis est magnus. Hujus fel cum melle inunctum exanthemata curat, & floridum vultum reddit. Adeps verò ejus cum ceroto carbunculos stearomata, apostemata, & ubera & scrophulas, ac dothienas sanat. Lapides capitis ad collum suspensi cephalalgiam sanant, & omnes capitis ac colli passiones. AMIA, piscis est audax, qvi & alios pisces perseqvitur: Hujus dentes gestati puerorum dentes oriri faciunt sine dolore, esus piscis dysurian sanat.

ACHARNI pisciculi sunt parvi: horum vis ventrem mollit, renibusq; prodest.

ASTACUS omnibus notus. Hujus testam incensam solutamq; da in succo oryzæ, dysentericos ac cœliacos sanat.

BATOS vel Vatos piscis absq; sqvamis, qvem Romani culpelnam vocant: Hujus esus Venerem freqventer irritat. BUGLOSSA .i. bovis lingva, marinus piscis, qvi dicitur Skitopmia. Hic superpositus spleni: & fasciatus splenem

minuis

minuit naturali modo: Oportet autem eum post tres dies ad fumum ſuſpendere.

BDELLARUM .i. *ſangviſugarum* combuſtarum cinerem cum aceto ſolve, & *pilos palpebrarum* evelle & inunge, *non ulterius renaſcentur.* Ipſæ verò vivæ ſuperpoſitæ loco, in qvo materia ſuperabundat, evacuant eam, ſanumq; faciunt hominem. *Conveniunt ergo ſpleneticis, hydropicis, oculis rheumatizantibus* fronti ſuperpoſitæ. Suffumigatæ verò κόρειδας .i. *cimices interficiunt*: & cimices ſuffumigati *educunt bibitas ſangviſugas*: nam ad invicem ſe non compatiuntur.

BLANIUS (fortè leg. βλαικείας) *piſcis eſt fluviatilis*. Hujus caput incenſum & cum melle ſolutum, & ſuperlitum *viſus acutiſſimos præſtat*, fel qvoqve ejus idem facit.

BOBES *alii verò* Buſcos *dicunt piſces, ſunt ſimiles parvis cephalis*. Hi eſi *renibus proſunt*: Fel autem *viſum acuit*. Spinæ verò ſuccenſæ & Xerion factæ *ulcera ſanant*.

GISENTERA .i. terræ inteſtina, ſeu LUMBRICI ſuperpoſiti *ſubverſos nervos perfectè ſanant*: *Faciunt autem ad apoſtemata mamillarum, & gangrænas ſolvunt*, cum melle triti & ſuperpoſiti, *morſos à ſcorpione ſanant, & puncturam murænæ piſcis marini*. Cum vino triti

triti & bibiti latenter, *lapidem frangunt & dysuriam sanant, lac qvoq; multum educunt nutricibus* sic bibiti, ut dictum est: *Dolorisq; dentium* superpositi, valdè curant. Cum oleo cocti donec liqvescant, oleum inunctum *dolorem aurium sanat.* Combusti autem & cinis eorum cum aceto solutus & inunctus *erysipelata sanat:* In foraminibus molarum missi *educunt eas absq; dolore, ut seqvantur à radicibus molæ manu tractæ.* Cum ceroto autem ovorũ soluti & superpositi *podagricos sanãt.*

GONGRUS, *piscis est marinus, angvillæ similis:* Hic cum oleo coctus usqveqvò solvatur, & colatus, excolato oleo ceràqve superpositâ sic formatum cerotum, *mulieribus prægnantibus non sinit rumpi ventrem: prodest autem & arthritisis & scissuris pedum.*

GLANEUS *piscis est fluvialis:* hujus ossa combusta *dæmonia fugant:* fel autem inunctum *albulas curat:* epar autem comestum *epilepsiam sanat. Est autem totus piscis εὐστόμαχος.* GLAUCUS *piscis marinus maximus.* Hic cum oleribus & marathro coctus ac comestus, jusq; ejus bibitum *lac multum curat:* fel autem ejus γλαυκοφθαλμίαν *puerorum denigrat, & albulas sanat.* Oculi ejus utriq; & orphi similiter & thynniæ, & astri marini, & fel hyænæ contrita & commixta

cum cujuscūq; modi animalis, aut volucris
adipe in lucernâ accensâ conſpicientes pu
tabunt ſe illam feram videre, ut ſi de flu
mine, fluvialis, ſi de pluma plumatilis eſt
Aſtera autem totum mitte, & contere.
Adeps autem Glauci *ad multa eſt utilis, ma*
ximeq́ ad ani & matricis paſsionem.

DELPHIN *catulos parit, & marinum anima*
eſt. Plurimus autem ebullit circa Euxinum
Pontum, unde & δελφινέλαιον & ἰχθυοκόλλα
.i. piſcium gluten fit. Hujus autem uter in
unctus (al. *inſlatus & verſus*) itibarcton
(L. ἀπαρκτίαν) .i. ſeptentrionem poſitus
boreā flare facit; ſi verò ad meridiē, auſtrū
ſimiliter & *in* alios *ventos operatur.* Dente
autem ejus ad collum ſuſpenſi, *dentes mit*
tentibus competunt. Venter autem ejus ſic
cus bibitus tritus *ſpleneticos ſanat.* Ejus jecur
aſſum & eſum *tertianam & qvartanam ſumme*
ſanat, nocturnumq́ (fortè diurnum *vel am*
phimerinum) *& omnem typum.*

DRACO *piſcis eſt venenifer valdè* : hic aper
tus *propriam plagam curat* impoſitus. Cen
trum (.i aculeus, al. *cerebrum*) verò eju
combuſtum & *denti* ejus ſuperpoſitum cum
ſucco tithymalli, *eradicat eum.* Lapides verò
qvi ſunt in capite ej9, bibiti *lapidis micturam*
curant

curant. Si vero in cinerem redigatur, & superspergatur, *ex plaga ejus ulcera*, cum sulphure (alius habet *furfure*) solutus, *curat*.

ENCHELYS, *piscis est serpenti similis, absqve sqvamis* i. *ANGVILLA*. Hujus epar cũ felle si solutum cum vino dederis latẽter alicui bibere cum vino, *nunqvam poterit bibere vinum*. Hæc autem angvilla in vino necata *sine ebrietate est*, si dederis bibere parum de vino, in qvo necata est: assata autem & comesta *stomachicos & dysentericos sanat*.

ELOPS *piscis est magnus, similis Glauco*. Hujus adeps & fel *omnem caliginem oculorum curant*: Jecur autem ejus esum & assum *epaticos curat*: In capite verò lapides ejus suspensi *omnem cephalalgiam & hemicraniam*. Dexter dextero & lævus lævo. Oculi ejus gestati *omnem ophthalmiam curant & hemicraniam*. ECHINI .i *ericii marini* caro comesta *ventrem mollificat, & lapidis micturam summè sanat*, cum condito sumpta. Ipse verò echinus combustus & in minuto cinere redactus ac illitus *lepram sanat, & omne ulcus ad cicatricem & soliditatem reducit, alopeciam qvoq; sanat & densat*, cum adipe ursino vel delphino (fortè δέλφακ© vel delphacino) aut porcino illitus. ECHENEIS *piscis est efficacissimus*: *Hic si adhæreat navi veli-*

ficanti secundo vento, sistit eam. Accipe ergo
Echeneidem viventem, & mitte eam in ca-
pnelæũ, ut suffocetur, & cum vis coqvere
pensa piscem: nam si habet unam libram
mitte capnelæi sextarium unum per sin-
gulas libras piscis, & coqve molli igne
cumq; noveris qvod dissolutus sit piscis, &
est siccus, succum cum oleo excola & com-
misce butyri primi ℥ iij. in succo piscis & i
Xeste .i. sextario capnelæi: Cumq; fueri
benè coctũ, repone in vitreo vase & utere
Ungesq; ex hoc manuum & pedum arti-
culos: *Si enim decem annorum sit paßio poda-
græ, curabit eam totam & chiragram, similite
& genuagram,* utere in lecto, & post balne-
um. Cum qvo autem coqves vide ne
nimium superferveat, & foras ejiciat ca-
pnelæum, qvoniam incendium facies: co-
qve ergo sub divo mensuram prædictam
velut si piscis habet libras IX. & butyri ℥ IV
Capnelæum verò est id, qvod vocatur *naphth*

Z *MYRÆNA est fera marina malitiosa, & in-
geniosa sine sqvamis, habens maculas nigr-
in dorso & in pelle, venenifera est & impetuosa i
homines; contraria vero est Zmyræna Octope-
.i. Polypo, & interficit eum, & Zmirænam aute
interficit Carabus; ut si Zmyræna & carab-
ambo coqvantur unà, evanescit Smyræna, & no*

compa

comparebit: *Carabum iterum interimit Polypus*. Zmyrænæ ergo dentes suspensi competunt *pueris emittentibus dentes*: insuper autem in jure piperis esa *nephriticos sanat*, & *leprositatem, ac scabiosas paßiones perfectè sanat*.

HEPAR *piscis est mollis & piger, magnum jecur habens*. Hujus fel cum melicrato bibitum *epaticos sanat*: epar autem ejus tritum & emplastratum *omnem tumorem & podagram sanat*. Caput ejus combustum & tritum, cinisq; ejus superspersus *antiqua ulcera & depascentia carnem sanat*.

THYNNI oculos & pulmones marini si qvis triverit & consperserit in tecto domûs *serò, putabunt qvi in domo erunt se stellas videre*: Si autem virgam inunxeris deambulans serò, cum Luna non lucet, *putabunt lumen de virgâ emicare*: Si verò in muro vel in chartâ depinxeris feram, aut imaginem aliqvam, videntes admirabuntur. Thynniæ autem fel, & epar tritum & mixtum, *prævulsis pilis palpebrarum inuncta non sinunt eos renasci*. THRISSA, *qvidam vocant eam coplam, alii verò dicunt, qvi modò* Trichias *est*. Thrissa ergò passa & comesta *dysuriam sanat*: Combusta qvoq; & irino ungvento inuncta *capillos lanos & multos facit, cadentesq; sistit*: Assa verò & esa *colicis & stomachicis prodest*.

HIPPURUS .i. eqvi cauda, *piscis est, qvem qvidam* Coryphæum .*i. Principem, vel verticem dicunt.* Hujus fel cum melle sine fumo inunctum *omnem hebetudinem, vel nigredinem, vel obscuritatem sanat*: Omnimodo qvoq; eandem habet virtutem, qvam fel hyænæ. Est autem valdè aptus & suavis ad comedendum. HIPPOCAMPUS *marinus omnibus notus*: Hic combustus & comminutus in adipe suillo *alopeciam summè curat*, cum sylvestris ficûs nigræ foliis, vel ruscæ cinere, cum aceto solutus *albositatem & lepram curat*: circumligatus autem *ischiadicam qvietat & tremulis prodest.*

IULIS *piscis varius omnibus notus*: Hujus dentes gestati *dæmones & fascinationes exagitant.* Freqventer comestus *epilepsiam sanat, & illæsum facit.*

KEPHALI piscis caput combustum & cum melle inunctum *ficus de sede & exochadas curat, & qvæ in alio loco sunt.* Caput qvoq; pelamydiæ idem facit: oportet ergo ambobus mixtis uti. KORASCI fel cum melle coctum *visûs hebetudinem sanat*: Hujus fel & corvi, & perdicis & scari, & scorpionis æqvaliter cum melle & opobalsamo lita *summè juvat hebetudinem visûs patientes senes*, & vulturis fel.

CA-

CANIS marini dentes combusti & cum melle soluti *gingivas purgant.* Corium autem ejus gestatum *canes terrestres in fugam vertit.* KYPRINUS *piscis fluvialis*: hujus adeps, & epar *dæmones fugant* suffumigata: fel autem *omnem obscuritatem sanat* inunctũ. Est autem adeps ejus *Veneris sollicitativus*; Si qvis deliqvaverit eum & in balneo sexum se unxerit, *colorem bonum, & post concubitum statim conceptionem præstat.* KOMOS coctus cum aqvâ & salibus donec solvatur, bibitoq́ve jure maximè cum lacte *solutionem ventris facit.* KICHLÆ jus *ventrem mollit, bonamq́, digestionem facit, Veneremq́, incitat, & lac educit nutricibus.* KARIS *marina* .i. *gammarus* circumligata *scorpione percussos sanat*: Similiter si superscribas percusso loco: *Karis*, citiùs *tollit dolorem*: hujuscemodi efficaciam habet. Si qvis verò sculpserit Karidem in lapide Achate, & gesserit in annulo, *non percutietur à scorpione unqvam.*

KARKINI .i. Cancri fluviales triti & bibiti cum lacte caprino, *sanant percussos à scorpione, vel morsos ab araneo, serpente desperato, vel cerasto.* Cum vino nigro in potu dati mulieri difficilè parturienti *partum accelerant.* triti verò jaculorum vel subularum perforaturis superligati, *gladium ferreum, &*

festucas lignorum, & spinas de vulturibus extrahunt: Cum cera superpositi *chimetla sanant*.

Cancer verò marinus crudus cū plumbo combustus, & comminutus *cancrosa loca sanat*, Cinis autem ejus cum oleo omphacino illitus *chimethlo & podagræ prodest* cum ceroto impositus. KARABUS assatus & comestus *stomachicis prodest*. Jus autem ejus cum vino bibitum *nephriticos & dysuriam sanat, & ventrem movet*. COCHLEARUM Marinarum jus & acharnûm & fixidum, & aphjos, & pagurum, peloridum fukium & lopadum *ventrem durum mollificeant & solvunt*. KIRYKES marini circumligati nuper enixæ mulieri, *mammarum dolores & tumores sedant*. Cinis autem eorum cum melle conspersus, *lenticulas & tumores in vultu sanat & nascentia curat*. Cocta verò conchylia & Kirykia, & comesa, *prosunt iis, qui cicutam vel aconitum biberunt*: & eorum jus percoctum *valde prodest his, qui nociva farinata* (fortè L. pharmaca) *biberunt*. Ungulæ verò earum combustæ *nervos tortos curant*. Testæ autem eorum combustæ solutæq; cum melle *tumores genarum & nascentia sanant*. Cum aqvâ verò soluta *minutias ossium educunt & carnem recentem nasci faciunt*. Caro verò trita cum albo ovi super-

superpoſita frõti, *rheumata hemicraniæ curat.*

KOCHLIAS .i. *limax terreſtris*, contritus & ſuperemplaſtratus *frontis dolorem & rheuma oculorum ſiſtit, & ſcrophulas deſtruit*, circumlotus *& aurium plagas & rupturas ſanat.* Nudus autem limax cum mannâ .i. puro grano libani ſolutus & nari immiſſus, ex eâ *ſangvinis eruptionem ſiſtit, & matricis ſinum clauſum aperit.* Nudæ verò cochleæ poſtqvam Sol aſcendit medio inter cornua abſciſo calamo acutiſſimo exime qvod os habet, involutum byſſino panno *habe ad omnimodam ophthalmiam:* prægustatio *omnis ophthalmiæ, & faucium gulæ, & tuſſis & cephalalgiæ, & qvotqvot circa caput cervicemq; paſſiones contingant, non ſinit fieri: verum etiamſi ſunt, curat* circumligatum. Spuma verò cochlearum *revellit pilos palpebrarum.* Ipſe verò cum teſtis comminutus, cum vino & myrrhâ & dactylis potatus *colicos ſanat.* Cinis verò ceroto ſuperpoſitus *ſedem prolapſam ſanat.*

LABRAX *piſcis eſt optimus & ſimilis Cephalo.* Hujus fel cum melle illitum *viſum acutum præſtat, & albulas curat:* Venter autem ejus *digeſtionem facit & fortiter edere,* geſtatus autem idem facit. Margaritæ verò oculorum ejus geſtatæ *ophthalmiam qvietãt:*

Lapides verò qvi sunt in capite ejus *cephalalgiam sanant & hemicraniam*. Dexter dextro, sinister sinistro. Dentes autem circumligati *dentes-mittentibus pueris competunt*. In vertice autem ipsius os, superpositum capiti, *deglutitas spinas educit*. LAGOUS .i. *Lepus marinus*, solutus & inunctus *evulsos pilos palpebrarum non sinit renasci*: qvi autem biberint ** sangvinem anseris calidi, ut exit de vulnere, da eis bibere.

MÆNIDIS caput combustum & superpositum *ficus & leprosos ungves & rhagadas ani, & thymos curat*. Garum autem vel muria pastarum mænidum, *apta psoris; & marcores faucium ac depastiones collutum sanat mirabiliter*. Ipse verò piscis comestus assus *dysurian & renes sanat, bonum stomachum & digestionem facit*. MARIDES combustæ, tritæ ac susperspersæ *myrmecidas, thymos, & acrochordonas eradicant*: cum maratro verò coctæ, & jus bibitum *lac mulieribus confert*. MELANURUS .i. *niger caudâ* assus & comestus *visum acuit*: Jus verò ejus *colicos sanat*. MYON marinorum coccorum cum Smyrninis, & porris & apiis, cum vino potum *ischiadicos curat*. MYAKΩN cocca potata *ventrem mollit*: testæ vero combustæ factæq; Xeron .i. desiccatorium

passi-

pastinacationes sistunt & cicatrices curant: Cum melle verò illitæ *crassas palpebras tenuant, & leucomata*, & eundem usum Kirykes habent, oportet autem lavare cinerem aqvâ.

NARCA *marina* antiqvis passionibus apposita sedat & *vehementes dolores capitis mitigat, & exitum ani apposita mirabiliter deprimit*.

XIUTHOS *piscis est, qvem qvidam Smarida dicunt*: hujus caput passum & combustum *supercrescentes carnes, ulcera, & passiones cohibet, ac clavos & phymos consumit. Ad scorpionis morsum, & canis*, crudus convenit, sicut ad omnia passus.

ONOS .i. *Asinus marinus, qvem qvidam polypum dicunt, alii octipedem.* Hunc mitte in olla novâ adhuc viventem, & bullire fac, & marcedinem, (*al. nigredinem*) qvæ exit de eo, *nephriticis, lapidem mingentibus*, da cum vino veteri in balneo, sanabuntur qvidem & lapides mingent.

PELORIDES *sunt marini pisciculi*, horum & pagurûm jus *ventrem mollificat* cũ vino.

PULMONARIUS .i. *cinus marinus* superpositus *pedibus podagricis, & chimethla sanat*. Facit autem crebrò omnia volatilia cœli super se convolare, ut cum comedatur ab iis, eos capiat. Fumigata vero ossa ejus

avem

evertunt omnia mala, ficut & ftella .i. after.
PELAMYDIS inteftina cum capite combufta fuperfperfa *pafturas fanant*. PERCÆ cinis fuperfperfus *ulcerum putredines & oris fanat*. PETREOS jus cum pipere comeftum *ftomachicis prodeft, & dyfuriam curat*: nam ejus jus optimum valdè eft.

RAPHIS .i. futura, *pifcis eft, qvi vocatur* βελονίς *.i. acus, habens os parvum, longum, fimilis fphyrænæ*. Hujus bucca geftata vel fumigata *dæmonia ejicit*. Pifcis autem totus tritus cum irino ungvento *alopecian virtuosè infpiffat*. RINAS .i. Ranæ pellis combufta & trita cum aqva fuperpofita & illita *nafcentias fanat*.

SALPES qvi in capite funt lapides geftati, dexter qvidem *inftantiam facit*, finifter verò *contrarium*: adeps autem ejus inunctus *magnam delectationem portat*.

SAURI pifcis fel litum mammis *lac multum confert*. SEPIARUM teftæ *palpebras mundant & pilos attenuant corporis*, ficut & pumerum. Accipe ergò qvæ in littore inveniuntur, ebullita verò & comefta *veficam, renes & dyfurian fanant*. SYNAGRIDOS dentes faciunt *ad ortum dentium, & ad omnem dolorem dentium*: fel qvoq; ejus cum oleo amygdalino *dolorem dentium fedat*.

SARGI

SARGI dentes gestati *omnem dolorem dentium avertunt.*

TRIGLÆ autem si qvis barbam absciderit eâ vivente, eamq; in mari viventem remiserit, dederitq; de barba illa mulieri in potu *amorem magnum & delectationem accendet in eâ*: gestata autem barba *fortunam & omnem utilitatem præstat.* Si qvis autem ejus oculos triverit, alicujusq; oculos per unxerit, *hebetudinem visûs mox patietur*: Solutio hujus rei est, fel piscis cum melle inunctum *visum acuit.* Trigla tota combusta & cum melle soluta & superposita *carbones eradicat perfecteq; curat.* Jecur autem ejus superpositum *Trigonos marini, & draconis, & murænæ plagas curat.* Necata verò in vino, potoq; vino *difficilè parturientes juvat.* Jus autem ejus potum *eos, qvi necuos potus hauserunt, juvat.* TRIGONIS centrum vel stimulus arbore infixus *desiccat eam*; si autem in domo, qvæ ædificatur, vel in navi confixeris, *infortunata fiet, & non perficietur*, atqve si in domo fuerit, aut in navi, impedimentum patietur: est enim per omnia causa malitiæ & læsionis. Verum etiam si *dentes dolentes* circumpunxeris, *sanabit eos.* (*NB. Hîc in Mf. idem qvod p. 144. de Draconis cẽtro post Trigonis frustra repetebatur.*)

YDROS

YDROS *est serpens in agris plurimùm degens, & in paludibus freqventer natans super aqvas, pectus erigens, astutum animal.* Hic habet lapidem in capite, si qvis eum ceperit, inveniet lapidem, si exorcizatus fuerit, evomet eum. Suspende inqvam serpentem vivum, & suffumiga cum lauro conjurans eum sic: *Per eum qvi te creavit, qvem sæpè dignè orat bifida lingva tua, si dederis mihi lapidem, non tibi nocebo, imò remittam te ad propinqvos tuos.* Et postqvam evomuerit lapidem, collige eum in pallio serico mundo, & serva. Hujus lapidis virtus ita probatur: imple concham æneam aqvâ, & circumliga lapidem conchæ, sic ergo* inveniesq; qvotidie decrescere aqvam cotylas duas, is est ξέστης unus. Ego enim qvondam mulieri *hydropicæ* circumcinxi lapidem, & liberata est: Junco inqvam ventrem illius mensurabã, & cottidie decrescebat ultra IV. digitos, donec ad locum suum venter rediit, & abstuli: nam si lapidem ampliùs dimisissem, etiam naturalem humiditatem desiccassem. Aptus inqvam est lapis ad mensuram gestatus: portatus enim *non solùm hydropicis, sed & rhevmati pedum & fluxui lacrymarum, & capiti, & ultra omni membro rheu-*

mati-

matizanti compatitur, & ratione naturæ curat ea à nimiâ humiditate.

PHOCA *animal est marinum,* de qvo sæpè dictum est: Hujus adeps fumigatus *continuè lethargicos juvat, & matricis angustias.* Coaguli vero phocæ qvantum magnitudo orobi potum *qvartanam patientes sanat; & opisthotonon* qvoq; potum similiter *curat.* Item phocæ coagulum si qvis gestaverit, *omnes adversarios suos vincet in placito.* Corrigiam vero ejus si liges circa phialam, desqve bibere his, *qvi à cane rabido morsi sunt, vel lymphatico, mox sanabitur.* Pellis autem ubicunqve posita fuerit in domo, vel in navi, vel si geritur, *non superveniet ullum malum: avertit namq; fulmina, tempestates, pericula, fascinum, dæmones, feras, latrones, & nocturnos incursus.* Oportet autem habere & coralli lapidem marinum cum eo. Calceamenta verò de ejus pelle convenit *podagricis* ferre. Pili autem narium ejus gestati cum corde ejus, *fortuna & gratia magna sunt.*

CHRYSOPHRI.i. Aurati lapides in capite reperti *phthisicos sanant* circumligati. Fel autem ejus inunctum membro cum ungvento *libidinem & delectationem in coitu præstat.* Oculi vero *tertianam & omnem ophthalmiam sanant.*

CHE-

CHELONES .i. testudinis marinæ san-
gvis *omnibus feris est pharmacum* .i. reme-
dium, & *omni feræ morsos ab aspide magnifice sa-*
nat. Ova ejus esa *Lunaticos curant.* Urina
qvoqve ejus sexus potata *morsos ab aspide vel*
echidnâ sanat. CHELONES qvoqve terre-
stris sangvis potus *epilepticos curat, & ab e-*
chidnâ vel scorpione percussos summè juvat. Per-
unctus vero capiti *alopeciam sanat, & furfu-*
res abluit. Cum spolio serpentis & aceto
solutus, *dolores aurium* & *usturas sanat.* Fel
ejus *cicatrices* & *leucomata* cum melle *summè*
juvat. Tota vero combusta & cum melle
sumpta *vetustissima leucomata mundat conti-*
nuò, & dolorem, nubeculasque illita *sanat:* & cum
butyro veteri solutum *carbunculos curat.*

CHELONES palustris, qvi dicitur Emy-
lus, (L. ἐμὺς ἕλεος) sangvis *hemicraniam* &
omnem capitis dolorem sanat, illitus fronti,
Cinis vero ejus cum ceroto ro. superillitus
igni combusta erysipelata calidasque podagras sum-
mè sanat. Cinis vero superspersus *cunctam*
sangvinis eruptionem sistit & *narium* & *plaga-*
rum. Sangvis autem palustris testudinis su-
perlitus capiti *veteres cephalalgias summè sa-*
nat. Marinæ vero sangvis *echeâ* (L. echid-
nâ) *percussos juvat* & potus, & illitus ulceri-
bus: cum pultibus vero conditus & potus

Ortho-

Orthopnæan sanat & eos, qvi nocivum aliqvid sumpserunt. Chelonitides lapides gestati cum radice pæoniæ *compotem summe faciunt.* Fel autem illitum *omnem caliginem abjicit.* Epar ejus bibitum *Ictericos sanat.* CHILONIS piscis adeps cũ succo fœnigræci solutus & superpositus labris & πέλμασιν .i. plantis, *crepaturas summé sanat.* CHANNUS assus & esus sæpissimè *visum acutum præstat.* CHELIDON .i. Hirundo *pisciculus est parv9, ut mox volet super undas in tempestatibus; his multis emergentibus simul, & iterum submergentibus, nôrunt nautæ, qvod ventum & tempestatem futuram prædicunt.* Hanc si qvis ceperit & siccatã portet *in navi, erit velociter currens & compos in omnibus rebus.*

PSARI .i. *pisces optimi,* qvi freqventer esi *pulcritudinẽ faciunt, & bonũ stomachũ præstãt.*

PSYLLUS .i. *marinus pulex;* si elixes eos cum aqvà marinâ, cum cõniza herba, & aspergas in domo habente *pulices, ultra non fient.* Si psyllium marinum ferat piscator, *multam obtinebit piscationem.*

OVA piscium servata passa, comestaq; *omnẽ laborẽ & morbũ curãt, & omne fastidiũ,* maximè cephalorũ & lauracũ & sphyrænarũ & similiũ: recẽtia & passa *omne fastidiũ sanãt.*

Et hæc qvidẽ divina natura in utilitatẽ hominũ donavit omnib9 aëreis & terrestrib9 & aqvaticis animalib9: ut nihil absq; doni acceptione relinqvatur vitæ.

** A** ** ** ** **

Ad III. KIRANI KIRANIDA
Hanc habe RHYAKINI KORONIDA
Notarum & variarum Lectionum & Emendationum, Explicationumq;!

NB. *Qvod cum in libro I. ob angustiam chartæ pauca notata fuerint, Volucres ejusdem libri, cùm in hoc III. qvi avium est proprius, pleræq; resurrant, obiter tangentur, & in coronide lib. IV. Pisces relicti præcipuè captabuntur, atq; sic multa loca hinc illinc illustrabuntur.*

P. 112. Aqvila Rex est omnium avium.] Eódem modò supra p. 8. *ab eâdem aqvilinâ majestate auspicatus est librum I. sicut &* alii Scriptores *Ornithologias suas. Qvem titulum apud* Daretem *qvoq;* Phrygium l. 6. de bello Troj. & Joseph. l. 3. de bello Judaic. c. 5. aliosqve hæc avis *retulit; sicuti* Homero τελειότατος πετεηνῶν *qs.* βασιλικώτατος, *&* Pind. Od. 6. Pyth. ἀρχὸς οἰωνῶν & alibi *Regina volucrum à Deo declarata audit, nonnullis etiam* Tyranna *dicta; eò qvod non verum imperandi modum imitetur, sed potiùs violento dominio omnes opprimens & devorans, ab omnibus avibus, multis qvoqve animalibus extimescatur, ut hostis omnium.* Mirum ergo, qvod noster *hanc supereminentiam aqvilæ mari tantummodò tribuat, nisi qvod ei penè alia species aqvilæ fœmina,* Hyperionis *nominata, fingatur.*

Ibid.

Ib. Macto te ad omnis infirmitatis cur] *Maluissem & hanc Aqvilæ conjurationem*, ut & illam Hydri p. 156. *non minùs, qvàm Asini* supra p. 90. *asteriscis, vel nigro θ notare & consultò præterire; nisi totus utrobiq; textus penitùs corrumpendus fuisset, nemoq; adeo vecors futurus speraretur, qvi avem illam alioqvi rariorem atheâ suâ credulitate & crudelitate ad incertissimas curationes sit trucidaturus. Integer sanè vel eô nomine unus & alter locus relinqvendus fuit, uti paterent superstitiosæ istæ veterum ineptiæ. Nam & sic qvoq;* Alexander Magnus, *vel qvi edidit*, Albertus M. *de virtutibus* VII. Plantarum, *ex influentiâ* VII Planetarum, *scribit* p. 248. *Qvod evellens istas herbas, nominare debeat passionem vel rem, propter qvam ipsas colligat.*

P. *113. l. 11.* Omnem capitis dispositionem sanat.] Aldrov. l. 1. f. 44. *legit vel vertit:* Omnem capitis affectum. *Qvo loco ille omnia* Kirannidis loca *de cerebro, aliis partum accelerantibus, nervis crurum gonagram & podagram sanantibus, ossibus verticis hemicraniam curantibus, pelle deniq; colicos mirè juvante & qvi stomachi vitio laborant, nec non de corde aqvilæ melle & aromatibus condito transcripsit.*

Ibid. Tussientem & dissiniam.] *L.* tussim & dyspnœan. *Nam &* Galenus in Evpor. l. 3. c. 37. *eadem docuit: Qvod aqvilæ lingva collo è panno lineo suspensa summopere ad arteriæ*

 asperæ

asperæ, columellæq; vitia, & ad Spiritûs difficultatem & tussim faciat.

P. 115. Tot qvot diximus de Aqvilâ.] *Videtur hoc interruptum, eoq; spectare, qvod paulò post in* Gyps *dicitur*: Quotcunqve facit aqvila, tot & vultur.

Ibid. l. 25. Lapis qvi ad tactum deintus sonat.] *Ita* citat *i* p. 8. *antea descripsit*: Ætites .i. aqvilinus lapis gravidus est, & resonat. *Ubi fortè legendum*: gravis est, *vel* gravidis aptus est. Lucanus l. 6. de bell. civil. *itidem sic effigiavit ætitem*:

Quæq; sonant fœtâ tepefacta sub alite saxa.

Mira hujus lapidis vis est ad eliciendum fœtum, qvamobrem hodieq; parientibus admovetur ad accelerandum partum. V. Dioscor. l. 5. & Aldrov. f. 21 ubi addit: *qvod lapis hic nobilis, qvi ab aqvilis nomen meruit, magnitudine vix ovum superet, & colore sit puniceus, vel rubeus, vel cinereus*, prout eundem qvoqve noster depinxit.

P. 116. Harpe avis est raptrix, similis Vulturi, minor qvidem & rubicundior.] *Alibi* p. 25. scil. *Zaucon vel Zeucon*, (*Ms.* Zenon) *qvam alii ἅρπην dicant, & vulturem* alba *cadavera devorantem nominavit. Ubi* Aldrovandus *supine* album vulturem *legit, & propterea nostrum contradictionis præter æqvum arguit, qvasi*

qvasi modò vulturis albi, modò rubicundioris speciem harpen tradidisset. *Non enim dixit*: Est vulturis albus, *sed* alba cadavera (*ubi sc maximè ossa sunt conspicua*) devorans. *Unde &* Ossifragam *alii vocant, ut* Scholiastes Iliad 3. *alii aqvilæ speciem.* *Ex qvo conciliari posse puto, qvod* Plinius l. 37. c. 9. *Scriptum reliqvit*: *Magorum vanitas* è Smaragdis *promisit*, si Aqvilæ sculperentur, *grandinem avertere &c.* *Id* noster *contra omnem turbationem valere statuit* pag. 26. si avis harpe *sculpatur*. *Sed hoc ipsis linqvamus, qvi* ut ait Plinius, *istud scripserunt non sine irrisu generis humani.*

P. 117. Aëdon canens die & nocte.] *Hesiodus*, citante Æliano, *testatur Lusciniam solam avium somni expertem esse, & aßiduam in vigiliis. Hinc ergo est, qvod* noster h. l. & p. 24. *Oculos ejus somnum omnem prohibere statuat, cum qvo facit* Psellus & Plinius l. 32. c. 10. & Ælianus de animal. l. 1. c. 43.

P. 119. Buffus.] *apud* Kiranidem *nocturna avis, ut* Gerardi Cremonensis *translatio habet*, Bubo *est*: *Conjicio autem* βȣφ☉ *scriptum fuisse. Nam &* apud Simeonem Sethi βȣφοι *noctuæ sunt*; *& in qvibusdam Italiæ locis* Bubo *vulgari lingvâ* lo Bufo *dicitur.* Aldrov. l. 8. Ornith. fol. 258.

Ib. Gyps .i. vultur: ejus fel cum melle & s.

prasſii &c] *Qvod collyrium ad ſuffuſionem & caligationem oculorum bis h.l.tam ex pullis, qvàm ipſo vulture repetiit, id jam tum* p. 42. *ad omnem hebetudinem aliasq; oculorum paſſiones præſcripſit, ſicuti & hoc* Q. Serenus *medicamentum parare docuit:*

Si tenebras oculis obducit pigra ſenectus,
Expreſſæ marathro guttæ *cum melle liqventi*
Detergere malum poterunt, *vel vulturis atri*
Fella, Chelidoniæ fuerint qveis gramina
miſta.

De cerebro autem vulturis, capitis dolorem auferente, ſi tempora ungantur nareſve unà cum oleo cedrino tangantur, Galenus *qvoq;* l. 9. Evporiſt.c. 91. & Plinius, *atq;* Marcellus l. 1. *comprobant. Qvin ſi* Medicorum *volumina legeris, videbis tot curationes eſſe in vulture, qvot ſint membra*, teſte D. qvoqve Hieronymo l. 2. adv. Jovinianum.

P. 121. Δενδρoκολάπτης) *al.* Δρυοκολάπτης. *Et ſic qvoq; legerem, propter additam interpretationem, niſi prius nomen* l. 1. elem. 4. p. 20. *qvoq; extaret huic avi tributum.*

Ib. Erodius nidificans & habitans.] *L.* habens.

P. 122. Hujus ramfum .i. ungulam.] ramphos i. roſtrum *potius legendum cenſuit* Aldrovandus tom. 3. f. 157. *additq; è* Plinii l. 30. c. 15. *id eſſe repetitum.*

P. 123. Cornicis cor gestatum concordiam.] *Eadem* p. 17. *ubi hæc avis dicitur vivere ad annos 500. cui concinit &* Aristophanes: *Nescis, quod* πέντε γενεὰς ἀνδρῶν *vivat garrula cornix?* Hesiodus *autem teste* Plinio l. 7. c. 48. *novem ætates nostras eam vult æqvare.*

P. 124. Kissa .i. Gaja vel Galandria.] *Hæc Pica est varia, ad alarum enim latera habet transversales notas cæruleas, qvales in nullo fortè volucrum genere conspicies.* J. Jonston in admir. avium c. 28. *Unde* in textu *additur, qvod sit* avis vario colore; *à qvo varius ille mulierum gravidarum appetitus* Κίσσα *& pica dicitur.* De quâ V. Aldrov l. 2. Orn. c. 12. f. 392. *Ubi dicit qvod hæc Italis* Gaza *&* Gazzola, *sed* Plinio l. 10. c. 42. Glandaria *nominata sit: Unde* idem Aldr. f. 389. *rectè hunc locũ sic emendavit:* Kiranidæ interpres, *inqvit,* Cremonensis κίτ]αν Gajam *vertit, vel* Gazam, & Glandariam: *sed* Gaja & Glandaria *secundæ speciei conveniunt,* Gaza *verò ad utramq; picam nomen commune est.*

Ib. Κόσσυφος.) *&* κότ]υφος, *vel* κόσσυφος *&* κότ]υφος εἶδος ὀρνέου apud Aristot. l. 9. animal. c. 19. *Merulam vertit* Gaza. *Qvâ de V. etiam* Ælianus & Oppianus de aucup. & Epigramm.

P. 125. Merops.] *Al.* Riparia *vel* Apiaria,

unde forte an corruptum Interpretis nomen Parra *descendit, nisi ad* parum *maiorem cum aliis referre malis. Qvemadmodum verò* Albertus M. *ita & ante hunc* Kiranus *Meropem cum* pico viridi *confundere videntur*. V. Aldr. l. 12. c. 45. *Indeq; puto tractum, qvod qvibusdam (Germanis puto) iuxta* nostrum Authorem, *hæc avis* omninò viridis *vocata sit* Gangræna. i. gantz grüne.

P. 127. l. 2. Pulcini] *sic Italis pulli gallinacei dicuntur, vel* pullicini: *qvâ voce qvoq;* Lampridius in Alex. Severo *usus est, uti pro* pullicenis *legit* Aldrov. l. 14. f. 89. Orn.

Ib. Ortygis oculi.] *p. 50. cum radice* herbæ (Ænotheræ *seu* Altheæ, *ita namq; pro* herbæ *legit* Aldr. l. 13. f. 81.) *sanant qvartanam.*

P. 129. l. ult. Echinum .i. ericium, qvod est in ventre pelargi.] *Id alibi* suffukium *appellat, & sic qvoq; corrige* p. 55. Ill. Aldrov. tom. 3 Ornith. f. 125. *ad hunc locum ait: Ventriculum ciconiæ commendat* Plinius *contra venena omnia, eam vim* Kiranides *Echino .i. interiori ventriculi membranæ adscribit.*

P. 130. l. 15. Est & arbor in Indiâ, qvæ dicitur peridexion.] Albertus, *qvi & hunc locum inter sua transtulit*, hyperdexion *habet*, Ornithologus *fortè* peristereon *putat legendum: sed* Aldrovandi (l. 15. f. 188.) *judicio perperàm: cùm* peristereon *sit* Plinio *herba*, peri-

dexion

dexion *autem, vel* hyperdexion *illis arbos.* περιδέξιον *ergo qs. ambidextram arborem dicere voluisse credo, eò qvod umbrâ suâ nunc in* Orien*tem, nunc in* Occidentem *protensâ fuget serpentes & munimen sit columbis. Integrum verò locum hunc qvomodo aliter reddiderit reqvire* apud Aldrov. loco dicto.

P. 131. Et crocomaginate.] *ita Msc. sed L.* κροκομάγματι *vel crocomagmate;* qvo de V. Dioscor. l. 1. c. 26. *Est autem* μάγμα *fex & crassum qvod superest ex materiâ aliqvâ expressâ.*

P. 132. Ῥαμφι@) Aldrov. l. 13. f. 40. *legit* Ῥάμφ@. Pelecanus *qvidem, inqvit,* Kiranidi *alio nomine etiam* Ramphos *dicitur, à rostro videlicet, qvod insigne & omnium latissimum habet.*

Ib. Σεισοπυγὶς .i. Eropa] *fortè leg.* Aeropa, *sc. qvidam vocant.* Nam & Hesychio *&* Varino ἀέροπες *etiam aves sunt. Qvia verò* juxta rivos aqvarum & torrentes invenitur, *inde qvidam ad marginem illius loci in nostro Authore adscripserat nomen Germanicum* Bachsteltze/ *qvod tamen* Aldrov. l. 17. c. 28. *mutavit in* Begesterte/ *utpote qvæ* cauda tremula, *&* motacilla *propterea dicatur.* Tzetzes *tamen* σεισοπύγιον *& cinclida vocavit avem, qvam* Galenus & Suidas κινάιδιον, *uti* noster *qvoq;* p. 36. *dixerunt; Gazæ* Torqvilla, *Romanis hodie* Verticilla,

 ticilla,

ricilla, Cœlio *dicitur* collitorqvis, *nostratibus* Wendhals / & Drehhals. Aldr. l. 12. f. 421. *Planè autem falleretur, qvi ex* Eropa, *facere vellet* Epopa *vel* upupam; *qvæ Ægyptiis* Cucuphas, & sic supra p. 30. *Voce nonnihil accedente ad Hebraicum* Duchifat. V. Orus l. 1. Hierogl. 55. Ul. Aldr. l. 17. f. 314. *qvi* Phylincopterum apud Kiranidem *hanc auem scripsit nonnullis indigitari, ubi in Ms. erat* Phyracopterus; *ego propter adjectam glossam* phœnicopterum *malui, sc: habentem alas puniceas.*

P. 133. Hic alas multo stellatꝰ sidere PAVO
Pomposoq; tumens fastu, gressumqve ferocem
Librat iens, radiosq; sonanti syrmate pandit.

Bartass. l. 5. 177. *Fimus pavonis potus,* Sexto Empirico, & Kiranide referentibus, *caducos mirabiliter sanat. Sed qvod* idem Kiranides *fabulas sæpe veris immiscere solitus eundem fimum & interiora dicat omne malum suffitu abigere, veritatis cancellos excedere putem.* Aldrov. l. 13. f. 15.

P. 134, Φήνης,) *Hanc vocem ita casu recto inveniri pernegat* Aldrovandus l. 2. Ornith. c. 11. *Sui credo oblitus, qvi paucis lineis interjectis præmiserat eodem capite:* Avis hæc Græcis Φήνης, & Aristoteli Φήνη dicitur. *Rectè igitur* & nostro h. l. Authori, & Hermol. Barbaro

ro Corollar. in Plin. ut & Cœl. Rhodigi-
o l. 10. c. 6. lect. ant. ea avis vocatur Phi-
s, uti Latinis Ossifragus & Ossifraga.
dem porrò Aldr. d. l. fol. 122. legit stercus, pro
omachus in nostro Authore, ex qvo omnes
benes medicinas transtulit.
Ibid. Φαλακρὸς) Ms. Phalanus. Aldro-
andus verò ad hunc locum, ut puto, respiciens
omo 3. f. 40. legit, Phalaris, ea, inqvit, Kira-
idi fulica est.

P. 137. l. antepen. Psittacus avis est tota
iridis.] In fervidissimâ Æthiopiâ & ultimâ
ndiâ toti albi sunt, in Brasiliâ rubri, in Calecut
rassini, scutulati, purpurei. Scalig. exerc. 59.
. 2. Apud veteres virore præcipuè insignes erant.
apite & rostro durissimo est. Unde cum loqvi
ocetur, nisi radio ferreo ictus non sentit; ligne-
isq; ideo non coercetur clathris, & ferreis etiam ab
o periculum. Joh. Jonston in admir. av. c. 26.

** ** ** ** ** ** ** *

KORONIS postrema KIRANIDOS ult.

P. 141. AETOS est piscis absq; sqvamis.]
Eadem descriptio supra pag. 8. Cartilagineum
piscem ex genere Planorum esse statuit Aldro-
vandus l. 1. Ornith. c. 1. f. 12. qvi si non sit secun-
da pastinacæ species, (prout qvidam volunt, re-
fragante Rondeletio l. 12. de pisc. c. 2. ex Ga-
leni l. 3. de aliment. facult.) qvæ Romanis &
Neapolitanis hodieq; Aqvila vocetur, at pasti-
nacæ

nacæ tamen similis existat, & Aqvila *ideo vo*
tur, qvia veluti expansis alis Aqvilam imitet
Genuensibus pesce Ratto *à cauda tenui, &*
longa & murinæ simili nuncupatus.

Ib. ACHARNI] *L.* horũ jus, *non* vis *mo*
ventrẽ; qvod infra *qvoq;* in Cochleis *repetit*

P. 124. BOBES] *Ita* Interpres *scripsit*
Genio suo Italico, Venetiis namq; Booba *hic*
scis nominatur, (Rondelet. l. 5. c. 11.) *Qvod*
minis tamen Græco βοώπι *meliùs illo responde*

P. 143. GLAUCUS piscis marinus
maximus.] *Qvæ hîc ad miraculum ostentand*
affert, ea paulò alitex. l. 1. p. 19. *inculcavit, fides*
aliorum, sit penes experientiam. Nam qvod
ctis copiam facere dicitur, fortassis est à nom
vicino γάλακτ☉. *Felle autem (qvod* Kir
nus *suprà commendavit,) destitui* autor
Rondelet. l. 8. c. 16. *Et* Naso in Halievt. (*qv*
poëma Actius Sannazarius *Mſ. ex Galliis*
Italiam primus attulit) tradit, Qvod nu
qvam æstivo conspectus sidere Glaucus

P. 144. DRACO piscis est venenif
valdè.] *Qvo cum facit* Galenus l. 11. de si
med. fac. Dioscorides l. 2. c. 15. *Ubi ait, qv*
Draco marinus spinâ venenatâ pungat, cui ict
Draco ipse dissectus atq; impositus medeatur. Pl
nius qvoq; l. 32. c. 5. *Eandem vim carnibus & c*
rebro ipsius asseruit. Qvod verò post Autho
rem nostrum p. 20. Albertus etiam Magnu
hu

ic piscem ita excrescere, beluamq; marinam lentusimam fieri credant; illi non intellecto ninis etymo, (qvod ei teste Æliano l. 11. c. 42. apite, oculisq; magnis & infestis aculeis conti-, qvibus aliqvo modo terrestrem Draconem ex-mat,) cum Draconem marinum audiunt, simile d animo fingunt iis Draconibus, qvos pictores arbitrio pingunt. V. Rondel. l. 10 c 11.

P. 145 ECHENEIS] navium retentrix & ancora in medio cursu, qvi supra p. 46. Nau-ates dictus, & ad podagram pariter, ut hîc lau-tus est. Gul. Sal. Bartas. Vel potius Gabriel rmæus versiculis xxi. l. 5. hebd. 1. hunc cem egregiè descripsit. Ovidius qvoqve in lievt.

Parva Echeneis adest, mirum mora puppibus ingens.

Ctè dixit puppibus, non enim proræ, nec late-us, sed gubernaculo adhæret Echeneis, & orè idem clavo (à qvo tota impellitur navis) affixo, dâ vero vel toto corpore modò in sinistrum la-, modò in dextrum moto, ipsam qveq; navem bigue fluctuare nec rectum cursum tenere facit. uti Rondeletius l. 16. c. 18. ex Aristotelis echan. ivit demonstratum. Ubi & varian- apud Oppianum, Plinium & Arist. de-iptiones hujus piscis exhibuit. Ridiculus verò t Keckermannus in disp. Phys. qvi citan- etiam Jonstono in adm. pisc. c. 17. humori frigidè

frigido à Remorâ *fuso illud adscribere videtur,* q
aqvam circa gubernaculum conglaciet. Id
causa si fuisset, nec navis etiam Echeneide abla
p omoveri statim potuisset, secus atq; accidit.
modò Plinius l. 32. c. 1. & *illa* Oppiani l. 1
c. 45. *emphatica similitudo, qvod extremam pu*
pim mordicus premens Echeneis, *tanqvam indom*
tum eqvum freno robusto inhibeat. &c.

Ib. Capnelæum] *Ms. habebat* Capueleum
sed qvia mox per Naphtham *explicatur, Me*
ita dictam, qvæ Græcis Μηδείας ἔλαιον, Nic
lao Alexandrino πετρέλαιον, & *hinc offici*
petroleum *appellatur; itaq;* καπνέλαιον *leg*
haud dubitavi, prout in Ciliciâ *audit, qvod* La
dæmone πρωτόῤῥυτον .*i. sponte fluens resina.*
Galenus l. 2. κατὰ τόπες & l. 3. κατὰ γένη

P. 146. Ζμύραινα:] *sic* p. 26. *Qvæ de mut*
Polypi & *murenæ odio, nec non & Carabi vel l*
custæ noster h. l. adfert, eam pugnam Oppian
ἁλιευτικῶν *luculenter expressit. Qvàm aud*
verò, & ut noster habet, *impetuosa in homin*
sit murena, à Nicandro *proditum est.*

P. 152. Λαγωὸς θαλάσσιος] *asterisco loc*
notavimus indistinctum: Qvi autem biberin
(*sc. leporem marinum, nam & in potu non min*
atq; in cibo venenum ejus propinari solitum te
Plinio l. 31. c. 1.) *illis* sangvinem anseris cal
dum &c. da bibere. *Idem antipharmacum com*
mendavit Diosc. l. 6. c. 30.

Ib.

Ibid. MARIDES.] *Qvemadmodum alibi* noster Author ζ. *vel* σ. Murænæ *præposuit:* *Ita* h.l. *illud omisit*. Smarides *enim dicere voluit*, *speciem sc. mænæ*, λευκομαίνιδα *dictam*, *unde etiam veluti* Paulus Ægineta *mænis Smarides statim subjunxit*. *Cum eodem succo & carne sit Smaris, qvâ Mæna, eiq;* Plinius l. 32 c. 10. *tribuat*, *qvæ* Dioscorides l. 2. c. 30. *Mænæ*: *cum primis autem ad thymia sedis uterq; utrumq; piscem valere scripsit*. *Ex qvibus locis* Authorem nostrum in Xutho *pisce*, *qvem* Smirida *vocari & phimos consuere dicit*, *emendare licuit*: Smarida *namq; &* thymos *legendum esse manifestè colligitur*. V. Rondeletius l. 5. de pisc. c. 14. *Vel potiùs*, *qvem eo loco citavit*, Gulielmus Pelicerius. *Unde pleraq; omnia juxta* Thuanum *transcripsisse fertur* Rondeletius, *ubi & de* Garo *nonnulla habet*, *qvæ* muria *dicitur*, *& ex his piscibus conficitur*.

P. 153. PULMONARIUS.] *Ita Ms. sed L.* πλεύμων ἅλιος :*i. pulmo marinus*, *fruticis magis*, *qvàm piscis naturam referens*; de qvo Athenæus l. 8. & Diosc. l. 2. c. 38.

P. 154. RAPHIS .i. futura.] *L.* Sutura, *aut* subula. Aristoteles *& alii Græci* βελόνην *semper*, *sed qvi nunc Græciam incolunt*, βελονίδα *vocant*. Rond. l. 8. c. 3. *Et sic etiam posteriori nomine* noster *gavisus est*, qvem V. etiam p. 53.

Ibid.

Ibid. RINAS .i. Ranæ pellis] *Ambigo utrũ ῥινὸς, an ῥίνης scribendum: illud enim pellem qvamcunq; hoc Rhinæ piscis qvippiam denotare posset. Itaq; prius illud ad totum illud,* (Ranæ pellis) *posterius ad subjectum modo seu Rhinam spectaret.*

Ibid. SEPIARUM testæ palpebras mundant.] *Eadem* Rondel. l. 17. c 2. f. 504. *additur collyriis ad palpebrarũ scabritiã, expurgat vitiligines, furfures, dentes, & vitia cutis in facie, & ungves oculorũ.* V. Gal. l. 11. de fac. sim. med.

Ibid. Συναγρίδος] *qvem & συνόδοντα vocant,* Gazæ dentex, *Italis* dentale; *Gallis* dentè *dicitur, & hinc ad dentium dolorem prodesse.*

P. *155.* TRIGLA.] *Massiliensibus summoto L.* Triga, *Nicensibus* Stritha, *à* barbâ *verò, qvam habent, &* Kiranus *deprædicat, Venetis* Barboni, *Burdeg.* Barbeau *nominatur.* Rond. l. 10. c. 3.

Ibid. Τρυγόνος κέντρον] *.i. Pastinacæ, sic enim* Plinius, Corn. Celsus, & Gaza *reddunt; Siculis qvoq;* bastonago, *aliis* pastenago, *Provincialibus* bastango *dicitur. Pastinacæ enim radio arbores necantur* juxta Plinium l. 32. c. 2. & Ælianum l. 13. c. 5. & 6. Vid. Gul. Rondel. l. 12. de pisc. c. 1. & Aldrov. l. 15. Orn. c. 10. f. 236.

P. *157.* CHRYSOPHI] *Ita Msc.* & p. 63. *sed* χρύσοφρυς *vocatur.* V. Rondel. l. 5. c. 2. *ubi & de lapillis in capite ejus aliqvid, Phtisicos sanãtib.* sup.

P. *ult.* Ωὰ] ταρίχα, *Ova piscium salita vulgô* Botargues, *appetentiam excitant,* V. Rondel.

Δ. Τ. Θ.

INDEX PHYSICUS PARTIS PRIORIS.

In Libri primi Alphabeto hæc percensentur:

XXIV. LAPIDES, HERBÆ, VOLUCRES, PISCES:

ALPHABETUM LIBRI II.

Qui ab aliis, ut Aldrov. l. 12. Orn. f. 424. *citatur & appellatur liber de* XL. ANIMALIBUS.

Αἴξ. ἄρκτος. ἀλώπηξ ἀσπάλαξ. αἴλουρος. Βοῦς. βάτραχος. Γαλῆ. Δορκάς. Ἔχιδνα. ἐχῖνος. ἔλαφος. Ζαῦρα. Ἡμίονος. Θύραπος. Ἵππος. Κάμηλος. κύων χερσαῖος καὶ ποτάμιος. κροκόδειλος. Λύκος. λαγωός. Μῦς. μύρμηξ. Νυκτερίς. Ξιλονάτης. Ὄνισκος καὶ Ὄνος. Πρόβατον καὶ κριός. Ῥινόκερως. Σύαγρος. Σκίγγος. Σαλαμάνδρα. Ταῦρος. Τράγος. Ὕαινα. Φώκη. Φρῦνος. Χαμαιλέων. Ψαμμοδύτης. ψύλλος. Ὠά.

Quod partis posterioris singulis libris Catalogus, ut Avium p. 111. & Piscium p. 139 & 140. præmissus est.

In Textu ipso Latina vocabula versa invenies.

INDEX

INDEX MEDICUS PASSIONUM, quibus Remedia allegatis pag. applicãtur, & interdum unâ pagellâ duo vel plura uni morbo adhibenda.

Cœlia-

Ad

Partui

Ad

NB. p. 20. lege lin. 24. *Ut non lædatur aliqvis, lingva ejus bifurcata est.*

P. 82. lin. 10. Omissa hæc erant: *Tritus etiam fimus & cum aceto inunctus hydrocilos .i. tumidos ventre & phlegmones membrorum sanat.*

F I N I S.

